



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaë, 1661

Concordia Discordantium Canonvm, Ac Primum De Jure Divinæ &
Humanæ Constitutionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

CONCORDIA
DISCORDANTIUM
CANONVM,
AC PRIMUM DE JURE DIVINÆ
& HUMANÆ CONSTITUTIONIS.

DISTINCTIO PRIMA.

IMANUM genus duobus recipitur, naturali videlicet jure, & moribus. Jus naturale est, quod in lege & Evangelio continetur, quo quisque jubetur alij suocere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij in se fieri, quod sibi nolit fieri. Unde Christus in Evangelio ait: [Omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines & vos eadem facite illis. Hæc est enim lex & propheta.]

Not. I. Ac primum. Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim verò legitur, de jure scripto & non scripto, & quod cui præponatur, & legam auctoribus, & duorum malorum electione, sive dispensatione. *Aut.* Ac primum de jure constitutionis nature divinæ, & humanæ. *Aut.* De jure nature, & humanæ constitutionis, quam Dominicus de Genuano agnovit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. *Aut.* De jure nature & constitutionis, quæ inscriptis maxime videtur convenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hoc caput revertitur, ut initio distinct. 5. 7. 2. 3. & 11. q. 1. c. si quis laici. hoc nonnisi locum indicans scribit: Require in principio, ubi differentia signatur inter jus naturale, & jus constitutionis. Verumtamen in hac tanta varietate, quæ ut alia confutata non sunt, arguere non esse potest, nullam hic à Gratiano ipso præsertim esse rubricam, facta visum est remota vulgata lectione castè indicari.

¶ Divina lex natura, humana moribus constat.

C. I. *Hinc illud. in j. lib. Erymol. c. 2. ait.*
Mores leges aut divinæ sunt, aut humanæ. Divinæ natura, humana moribus constant: ideoque hæc discrepant, quoniam alij aliis genibus placent. ¶ Fas lex divina est: Jus lex humana. ¶ Transire b per agrum alienum fas est, Jus non est.

Ex verba hujus autoritatis evidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex divina & humana, cum omne quod fas est, nomine divina vel naturalis legi accipitur: nomine vero legi hujusmodi mores iure conscripti & traditi intelligantur. Est autem jus c generale nomen, nihil sub se continens species.

¶ Jus genus, Lex autem species est.

C. II. *Hinc in eod. lib. Erymol. c. 3. illud. ait.*
Jus generale nomen est, lex autem juris est species. Jus autem est dictum, quia iustum est. Omne autem jus legibus & moribus constat.

C. III. *¶* quid sit lex.

C. IIII. *¶* quid sit jus.

Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo d. tracta.

a. Manu. b. per alienum in Isid. manu. c. Isid. cod. c. 3. Isid. lib. 1. c. 200. d. tantumdem in orig. manu. script. & aliquot Gratiani. Isidor. lib. 1. c. 200. e. Pann. l. 2. c. 1. Tertullianus in libro de coruptis ministris.

¶ Apud Isido, hæc antecedunt, Mos est veritate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex à legendo vocata est, quæ scripta est. Mos aut longa consuetudo est, &c.

C. V. *¶* quid sit consuetudo.
Consuetudo autem est jus quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. ¶ Nec differt, an scriptura an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione confiteritur, duntaxat quod religioni conveniat, quod disciplina congruat, quod saluti proficiat. Vocatur autem consuetudo, quia in communi est usu.

¶ Cum itaque dicitur: non differt utrum consuetudo scriptura vel ratione consistat: apparet quod consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum utentium est reservata. Quæ in scriptis redacta est, consuetudo sive jus vocatur, a qua verò in scriptis redacta non est, generali nomine consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diversio facta, ut in eod. lib. s. c. a. refertur illudorus ita dicens.

C. VI. *¶* quæ sint species juris.

Ius b autem aut naturale est, aut civile, aut gentium.

C. VII. *¶* quid sit jus naturale.
Ius naturale est commune omnium nationum, eoque ubique instinctu nature, non constitutione aliqua habetur, ut viri & femine conjunctio, liberorum successio & educatio, & communis omnium possessio, & omnium una libertas, ac quietio eorum quæ cælo, terra, marique capiuntur, item depositæ rei, vel commendatæ & pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsiō. ¶ Nam hoc, aut si quid huic simile est, nunquam iniustum, sed naturale, æquumque habetur.

¶ Successio] In tribus codicibus manuscriptorum Isidori, & aliquot Gratiani, legitur, liberorum susceptio & educatio, quæ lectio convenit cum l. ff. de justit. & iure, versic. hinc descendit.

C. VIII. *¶* quid sit jus civile.

Ius d civile est, quod quisque populus, vel quæq; civitas sibi proprium divina humanaq; causa constituit.

C. IX. *¶* quid sit jus gentium.

Ius e gentium est sedium occupatio, ædificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes, postliminia, fœdera, paces, iudicia, legatorum non violandorum religio, connubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde f jus gentium appellatur, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

a. Quando ita simpliciter, ut ex nunc statueret, sed si consuetudo publica auctoritate in scriptis redigeret & auctoraretur an dubitaret & alia probatione opus sit, nihilominus consuetudo est. b. Jus autem naturale] orig. & aliquot Gratiani codices. Isidor. cod. c. 2. c. al. commodare restitutio. d. Isidor. cod. lib. s. s. e. Isidor. cod. lib. c. 6. f. & inde jus gentium quia eo] ori.

C. X. *quod sit ius militare.*

Ius militare est belli inferendi solennitas, fœderis faciendi nexu, signo dato egressio in hostem, vel pugna commissa, item signo dato receptio: item flagitii militaris disciplina, si locus deferatur, item stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor: veluti cum corona, vel torques donantur, item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus a iusta divisio, ac principis portio.

C. XI. *quod sit ius publicum.*

Ius publicum, est in factis, & in sacerdotibus & in magistratibus.

C. XII. *quod sit ius Quiritium.*

Ius Quiritium est propriè Romanorum, quod nulli tenent, nisi Quirites, id est Romani. In quo agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionibus i, de tutelis, de usufructibus, quæ iura apud nullum alium populum reperiantur, sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta.

¶ Cretionibus] Antea legebatur, vel curationibus, vel de contractibus. Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quam manuscriptis. Quod autem sit cretio declarat Urspergus in suis titulis. c. 22. & Urspergus Isidorus eod. lib. 3. Erym. cap. 74. & Alciat. 3. disp. 1. c. 7.

DISTINCTIO II.

¶ Onstat autem ius Quiritium ex legibus, & plebiscitis & Senatûconsultis, & constitutionibus principum, & editis, & sœpe responsis prudentium.

C. I. *quod sit Lex.*

Lex est constitutio populi, quæ majores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

C. II. *quod sit Plebiscitum.*

Plebiscita sunt, quæ plebes tantum constituent: & vocantur h plebiscita, quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur, & rogat, ut fiant.

C. III. *quod sit Senatusconsultum.*

Senatusconsultum est, quod tantam senatorès populi consulendo decernunt.

C. IIII. *quod sit Constitutio vel editum.*

Constitutio, & vel editum est quod Rex, vel Imperator constituit vel edicit.

C. V. *quod sit Responsa prudentium.*

Responsa prudentium sunt, quæ juriconsulti responderè dicuntur consulentibus, unde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquissimi, qui institutiones & civilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites contentionesque sopirent.

C. VI. *quod sit Tribunitia vel consularis leges.*

Quædam etiam leges dicuntur ab iis, qui condiderunt, ut consulares, Tribunitiæ, Iulicæ, Cornelicæ. Nam & sub Octaviano Cæsare successit consules Papius I & Poppæus legem tulerunt, quæ à nominibus eorum appellatur Papiæ Poppææ, continens patrum præmia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, ne quis plius extraneis in testamento legaret, quam ut quarta pars superesset hæreditatis, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

¶ Papius] Antea legebatur, Papius, & Pompejus, & paulo post, Papiæ & Pompejæ. Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis innoterat error. Alciatus lib. 3. disp. cap. 3. In tabulis autem Capitolinis annorum DCCLXI. ex kalen. Jul. successit consules numerantur M. Papius, & Poppæus.

a labori orig. b Isid. eod. l. c. 1. 4. Ius publicum ff. de iust. & iur. c Isidor. ibid. c. 9. d Ex Isidor. ibid. e antea legebatur ex editis senatorum. f Isid. eod. l. c. 10. g Isidor. eadem l. c. 11. h vocata scita orig. i Isidor. eod. l. c. 12. k Isid. eod. l. c. 13. l antea legebatur edidit. m Isid. eod. l. c. 14. n al. constitutiones. o Isid. ibid. c. 15.

¶ Extraneis] Hæc dictio non est in Chronico Eusebii à D. Hieronymo latinis donata, ac locupletata (unde hoc videtur sumpsisse Isidorus) neq. in leg. 2. 2. ad leg. Fal. ubi referuntur propria verba ipsius legi. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.

C. VII. *quod sit Lex Satyra.*

Satyra a verò lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta à copia rerum, & quasi satirizate: unde & satyram scribere est poemata variè condere, ut Horatii, Iuvenalis, & Persii.

¶ Satyra] In aliquot Grecianis manuscriptis codicibus, & uno Isidori legitur, Saturæ, de qua ita Festus: Saturæ est cibi genus ex variis rebus conditum; & est lex multis aliis conferta legibus: itaque in sanctione legum adscribitur; neve per futuram abrogato, aut derogato, & alia quadam in hanc sententiam.

C. VIII. *quod sint Rhodia leges.*

Rhodie leges navalium commerciorum sunt ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

DISTINCTIO III.

¶ Mnes hæc species secularium legum partes sunt. Sed quædam constitutis alia est civilis, alia ecclesiastica, civilis vero sœpius, vel ex sole suo appellatur, quo nomine ecclesiastica constitutio appellatur, & videtur, Ecclesiastica constitutio, canonis nomine conficitur. Quod autem sit canon, Isidorus in lib. 6. Erym. c. 6. declarat dicens.

C. I. *quod sit Canon.*

Canon græcè, Latine regula nuncupatur.

C. II. *Unde dicatur regula.*

Regula est dicta est, eò quod rectè ducit, nec aliquando aliorum trahit. Alii dixerunt regulam dicunt, vel quod regat, vel quod normam rectè vivendi præbeat, vel quod distorum pravumque d corrigat.

¶ Canon] Per hanc canonem ab hinc sunt decreta Pontificum, alia statuta conciliorum. Conciliorum vero alia sunt universalis, alia provincialis. Provincialium alia celebrantur auctoritate Pontifici Romani, præsertim videlicet legato sancta Romana ecclesia: alia vero auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitanorum ejusdem provinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.

¶ Sunt autem quadam private leges tam ecclesiasticæ quam seculares, quæ privilegia appellantur. De quibus s. lib. Erym. cap. 12. Isid. ait.

C. III. *quod sit privilegium.*

Privilegia sunt leges privatorum, quasi private leges. Nam privilegium inde i dictum est quod in privato seratur.

¶ Privilegium] Cicero 2. l. de legibus habet: Majores nostri in privatos homines leges ferri noluerunt, in est enim privilegium. Verum non semper eadem notione hæc vocem usurpari solitam fuisse, Budæus, & alii notant.

¶ Officium] Officium vero secularium, sive ecclesiasticarum legum est, præcipere quod necesse est fieri, & aut prohibere quod malum est fieri, vel permittere licita, ut præmissum petere, vel etiam quædam illicita, ut dare libellum repudiæ, ne fiant graviosa. Unde in eod. lib. c. 9. Isid. scribit dicens.

¶ Fieri] Quæ sequuntur, in aliquot veteris codicibus sic habent: prohibere quod malum est fieri, permittere vel licita, ut præmissum petere vel etiam quadam, &c.

C. IV. *Quod sit officium legis.*

Mnis autem lex aut permittit aliquid, ut vit fortis peccat præmium, aut veat, ut sacratum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut qui cædem fecerit, capite plectatur: ejus enim præmio, aut pœna vita moderatur humana, divina i præcipit e ut [Diliges Dominum Deum tuum.]

¶ Divina] Hinc usque ad finem non sunt in codicibus.

a al. Saturæ. Isidor. ibid. cap. 16. b s. Isid. 17. c Isid. ibid. d pravum quid] orig. e Deu. 6.



huius sedis: neque in aliquo exemplaribus Vaticanis Gratiani. In die vero, omnia voce divina legitur aut precipit, ut diliges Dominum Deum tuum.

DISTINCTIO III.

1. C. Quia vero constitutio legum est, humanam coercere auctoritatem, & nocendi facultatem refranare, sicut in eod. l. c. de illi. restatur dicitur.

C. I. Quare leges iuste sint. Adhuc sunt autem leges, ut earum metu humana coerceretur auctoritas, utaque sit inter improbos innocentia, & in ipsi improbis formidato supplicio refranetur nocendi facultas.

2. ps. Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas consideranda est observanda, ut cavineatur in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, convenientiam, & cetera que in eod. lib. l. fidor. enumerata dicitur.

C. II. Quis debet esse Lex. Rit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco temporisq; conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoq;: ne aliquid per o. scurritatem in captionem i contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

1. In captionem. Antea legebatur, in cautum captione. Refutata est vera lectio ex codicibus Ispidori manuscrip. lib. 1. cap. 11. & expressis etiam lib. 2. cap. 10. ubi eadem servituta, partim ex antiquis Gratiani exemplaribus, a quibus delicti dicitur, cautum. Simili vero locutione utitur Paulus l. quare fructus, c. 2. Ne quis inquit, in captionem verbum in cavendo incidat.

2. ps. Ideo accito in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges iustitiam faciunt, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportet iudicare secundum ipsas.

C. III. De legibus tunc est iudicandum cum in futurum non cum instituta sunt.

1. In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicant, cum eas institunt, tamen cum fuerint instituta & firmata, non licebit iudici, de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges instituantur cum promulgantur, firmantur, cum moribus nationum approbantur. Sicut enim moribus utentium in contrarium nonnulla leges hodie abrogatae sunt, ita moribus utentium ipsa leges confirmantur. Unde illud Telephori Papa (qui decrevit ut generaliter clericis a quinquagesima i a carnibus & deliciis jejuniis) quia moribus utentium approbationem est, aliter agentes, transgressus non arguit.

1. Quinquagesima. Post hoc verbum in codicibus impressi scriptoribus, jejuniandi propositum suscipere, & a carnibus, & deliciis abstinere: sed omnes fere manuscripsi habent eo modo quo restitutum est.

2. Septem hebdomadas i a carne, & deliciis ante Pascha clericis abstinere.

C. IIII. Telephorus urbis Roma episcopus omnibus episcopis epist. 1.

1. Tamquam, et septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clericis in sortem Domini vocati a carne i jejuniis, quia sicut discretus debet esse vita clericorum a laicorum conversatione, ita & in jejunio debet esse discretio. Et infra. Has ergo septem hebdomadas omnes clericis a carne & deliciis jejuniis, & hymnis, & vigiliis, atque orationibus Domino inhærere die noctuque student.

C. V. Septiman hebdomadam Telephorus quadragesima addidit. Item Ambrosius in lib. sermorum. 1.

1. Quadragesima sex septimanas habet, cui addidit

a Ivo par. 4. cap. 101. Pam. l. 2. c. cap. 142. b Ivo par. 4. cap. 103. Pam. l. 2. c. 21. Pam. l. 2. c. 174. d al. carne, & deliciis.

Telephorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

1. Sermonum. Inveniuntur in bibliotheca Vaticanis, & Mediolani in bibliotheca Monasterii S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti. Ambrosii nomen præferentes, inter quos est sermo de quinquagesima, cuius initium est: Adest tempus. unde hoc caput sumptum est.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendum, quod B. Gregorius Augustinus Anglorum episcopo scribit dicens.

C. VI. A quinquagesima jejuniandi propositum firmant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat.

Denique a sacerdotibus, & diaconis, & reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, quinquagesima propositum jejuniandi suscipiant, quo & aliquid ad pensum sanctæ institutionis adiciant, & eorum, qui in laicali ordine consistunt, observantiam, sicut loco, ita religione præcellant. De ipsa vero die dominica hæritamus, quidnam dicendum sit, cum omnes laici & seculares illa die plus solito ceteris diebus accuratius cibos carniæ appetant, & nisi nova quadam aviditate usq; ad medias noctes seingurgirent, non aliter se huius facti temporis observationem suscipere putant: quod utique non rationi, sed voluptati, imò cuidam mentis cæcitati adscribuntur. Unde nec à tali consuetudine averti possumus, & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur. Ut enim ait Salomon. Qui multum emungit, elicit sanguinem. Et post pauca. Par autem est, ut quibus diebus a carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, que sententiam a carnis trahunt originem, jejuniemus: à lacte videlicet, caseo, & ovis, & post pauca. Ceterum piscium est ita Christiano relinquendum, ut hoc ei infirmitatis solatium, non luxuria pariat incendium. Denique qui a carne abstinet nequaquam sumptuosiora marinarum belluarum convivia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur, d ut ebrietatem omnino fugiamus a lioqui reita, ut omnia, quæ corpori libent, similiter faciamus.

4. ps. Hæc est legibus constituta sunt: tamen quia communi usque approbata non sunt, se non observantes transgressum non arguunt, eloquin c. his non obedientes proprio præventum honore: cum illi, qui facti nescientes obedire canonibus, penitus officij subeantur carere suscipere: nisi forte quis dicat hæc non decernendo esse statuta, sed exhortandi conscripta. Decretum vero necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.

DISTINCTIO V.

1. Hæc, que de privilegiis, & ceteris infra positus scripta sunt, tam secularibus, quam ecclesiasticis legibus conveniunt. Nunc i ad differentiam naturalem iuri: & ceterorum revertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet reosore, & dignitate. Capis enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile permanet. Sed cum naturale ius in lege & Evangelio supra dicitur esse comprehensum, quidam autem contra-ria huius, que in lege statuta sunt, nunc inveniantur concessa, non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege i namq; præcipiebatur, ut mulier, si masculum pareret, quadragesima: si vero feminam, octuaginta diebus a templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partum ecclesiam ingredi non prohibetur. Item si mulier, que menstrua parit: ex lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec statim intrare ecclesiam, nec sacra communionis mysteria percipere: sicut nec illa, que parit, vel illud, quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur.

1. Nunc ad differentiam. In vulgari legebatur,

a Ivo par. 4. c. 29. b Proverb. 30. c al. sententiam ad præmittitur. c Ex Gregor. inf. 21. q. 1. hæc consona. f Leviticus. g Ibid. 15.



Nunc autem ad doctrinam. Emendationem est ex vestigiis indicibus & ex principio dist. ubi hoc reperitur.

C. I. PALEA. I. Unde eadem Augustinus Anglorum episcopo Gregorius a scribis dicens.

Ubi enixa fuerit mulier, post quot dies intrare ecclesiam debeat, testamenti veteris praeceptione didicisti: quia pro masculo xxxii. pro femina vero lxxi. diebus debet abstinere: quod tamen sciendum, quia in mysterio accipitur.

I. ¶ Palca. De Palca uicineri in praefatione dictum est. Hac vero, cui primum proponitur nomen Palca, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis: & Th. quatuor conueniunt cum sequenti capite. Si mulier, addita ad illius initium uoce, Nam: quomodo modum apud Gregorium.

C. II. ¶ Mulier enixa gratias aethra ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur.

Si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrare ecclesiam, nullo pondere peccati gravatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commissione voluptas est: in prolis uero partu dolor & gemitus. Unde & ipsa prima matri omnium dicitur: a [in dolentibus paries]. Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare ecclesiam, ipsam ei poenam suam, in culpam deputamus.

¶ Mulierem enixam, uel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari.

C. III. Idem ad eundem.

Baptizari autem uel enixam mulierem, uel hoc quod genuerit, si periculo mortis urgeret, uel ipsa hora eadem qua gignit, uel hoc quod gignitur, eadem qua nati est, nullo modo prohibetur: quia i. sicut sancti mysterii gratia uiuentibus, atque discernentibus, cum magna discretione providenda est: ita quibus mors imminet, sine ulla dilatione offerenda est: ne dum adhuc tempus ad praebendum redemptionis mysterium quaeritur, interuenient paululum mora; inueniri non ualeat qui redimatur.

I. ¶ Quia sicut] Hinc usque ad uer. Ne dum. addita sunt ex B. Gregorio.

¶ Antequam puer ablaetetur, uel mater purificetur, uel eius concubitus uir non accedat.

C. IIII. Item.

Ad eius uero concubitus uir suus accedere non debet, quousque qui gignitur, ablaetetur. Prava autem in conjugatorum moribus consuetudo surrexit, ut mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque aliis mulieribus ad nutriendum tradant: quod uidelicet ex sola causa & incontinentia uidetur inuentum: quia dum se continere nolunt, despiciunt lactare quos gignunt. Haec itaque quae filios suos ex prava consuetudine aliis ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus prius transferat, h. uir uis non debent admisceri, quippe cum & sine partus causa, cum in consuetudine detinentur, uir uis nisi eri prohibeantur: ita ut morte lex & sacra ferat, si quis uir ad menstruatam mulierem accedat. Quae tamen mulier, dum ex consuetudine mensura patitur, prohiberi ecclesiam intrare non debet, quia ei natura superfluitas in culpam non ualeat imputari, & per hoc quod inuita patitur, iustum non est, ut ecclesia ingressu priuetur: Novimus & namque, quod mulier, quae sanguinis fluxum patitur, post regnum Domini ueniens, a vestimenti eius similitudine tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter perit Domini uestimentum tangere, cur quae mensuram sanguinis patitur, ei non liceat Domini ecclesiam intrare? & ipsa. ¶ Si igitur bene praesumpserit, quae uestimentum Domini in languore posita, tetigit, quod uni personae infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus, quae natura sua uicio infirmantur? ¶ Sancta autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex ueneratione magna percipere non praesumpserit, laudanda est; sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiam [aliquo modo] culpas suas agnoscere, ubi culpa non est: quia saepe sine culpa patitur quod uenit ex culpa. Unde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est, ut esuriramus.

DISTINCTIO VI.

¶ Vna uero de natura superfluitate sermo capiti haberi, quaeritur, an post illuminationem, quae per baptismum solet accedere, uel corpus Domini qualiter accipere ualeat; uel si iudicanda sit, sacra mysteria celebrare.

¶ De multiplici genere illustrati.

C. I. De haec ita scribit B. Gregorius c. August. Anglorum episcopo, res. ii.

Testamentum ueteris legis hunc pollutum Domino dicit, & nisi lotum aqua, etiam uique ad uesperam, uel intrare ecclesiam non concedit. ¶ Quod & tamen aliter intelligens populus spiritalis, quali per baptismum cum illud reputat, qui tentatus immunditia, ueris in imaginibus in cogitatione inquinatur. Sed laudandus est aqua, ut culpam cogitationis lachrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi uique ad uesperam cognoscit. ¶ Sed est in eadem illusione ualde necessaria discretio, quae subtiliter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex natura superfluitate & infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex natura superfluitate, uel infirmitate euenit, omnimodo haec illusio non est timenda: quia hanc animus necesse est pertulisse magis dolendus est, quam fecisse. Cum uero ultra modum appetitus gulae in sumendis alimentis rapitur, atque iecur humorem receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem featum, non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterii, uel missarum solemniam celebrandi, cum fortasse aut dies exigat, aut exhibere & mysterium pro eo, quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Nam si adsumat, qui implere mysterium ualeant, illusio per crapulam facta, a perceptione sacri mysterii prohibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterii abstinere, h. ut arbitror, humiliter debet, si a tunc dormientem turpi imaginatione illuso non coeuserit. Nam sunt, quibus ita plerumque illusio nascitur, ut eorum animi etiam in somno corporis positus, non coeuserit turpibus imaginationibus. ¶ Quae in re unum ibi offenditur, quod ipsa mens rea non fit tunc, sed suo iudicio penitus libera, cum se, etiam dormienti nihil meminit uidisse, tamen in uigiliis corporis meminit in ingluuiem coeuisse. Si uero ex turpi cogitatione uigilantis oritur illusio in mente dormientis, pater animo fatus reatus. Videt enim a qua radice inquinatio illa processerit: quia i. quod co-

a cap. 10. ad interrogata Aug. Anglorum episcopi. b Gregorius ibidem continenter. Beda lib. 1. de hist. Angl. cap. 37. Nicolaus ad consilia Bulgarorum, cap. 61. c nam in proli pulatione geniturus. ¶ orig. d Greg. e Greg. ibid. continenter. Bur. l. 4. c. 32. f Greg. ibid. continenter. Nicolaus ad consilia Bulg. c. 62. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 37. f. 10 par. 2. c. 82. g al. carnis incontinentia. h transferri. ¶ orig. i Leviticus. k Matth. 9.

a al. humiliter ueniens. b addita sunt ista duo uerba ex B. Greg. & Beda. c ex 11. interrogatione Augusti. Anglorum episcopi. Beda lib. 1. de hist. Angl. c. 37. Burchi. l. 3. cap. 43. f. 10 par. 2. c. 32. Pam. l. 1. c. 60. Polyd. 3. tit. 16. d al. uesperam. e paulo aliter in original. & apud caeteros collectores. f al. quia. f. 10 par. 2. c. 11. g al. exhiberi. h al. abstineri. i al. qui.

gitav.

gitarit sciens, hoc pertulit nefciens, & 4 propter talem pollutionem a facio mysterio ea die abstinere oportet.

¶ [Veris] In pluribus codicibus B. Gregori, & apud Bedam, & in collectione conciliorum Calixti 13 o. impressa, legitur variis: in aliquibus vero B. Gregori codicibus, variis: sed ab glossa non est mutata.

¶ [Si tamen] In Codicibus B. Gregori, & apud Bedam est, si tamen dormientes mentem turpis imaginatio non concusserit. In collectione vero ipsorum etiam manuscripta, si tamen animus dormientis turpes imaginationes concusserit, quomodo sensum verum etiam lectio Pamormia: nam Burchardus, & Ivo parvus de originali delicto.

¶ [Non sit tunc, sed fuit] Omnia fere Gratiani manuscripta exemplaria habent, vel suo: Caterum magna hoc loco est inter ceteros collectio, & Bedam & B. Gregori. Alices variis: In collectione ipsorum etiam manuscripta est, qua in re iudicio libera. Veritas ob eandem varietatem nihil est in collectione mutatum.

¶ [Et propter] Hoc usque ad finem, neque in codicibus B. Gregori, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus videtur. Sunt tamen apud Burchardum, Ivoem, & Anonimum, & Polycarpum.

¶ [Peccatum non dicitur peccatum cogitatione] solum, sed delectatione & consensu.

C. II. PALEA. I. Sed a pensandum est, ipsa cogitatio utrum in suggestione, an delectatione, vel (quod majus est) peccati consensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatum, videlicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit inter diabolum, delectatio per carnem, consensus per spiritum: quia & b primo culpam seipsum suggestit. Eva velut caro delectata est, Adm velut spiritus consentit. Et necessaria est magna discretio, ut inter suggestionem & delectationem, & consensum iudex sui animus praesideat: Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est: cum vero caro delectata coeperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad consensum ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur peccati. In suggestione igitur peccati semen est, in delectatione fit nutrimentum, in consensu perfectio. Et sipe contingit, ut hoc, quod malignus spiritus feminat in cogitatione, caro in delectationem trahat, nec tamen animus eadem delectationi consentiat. Et cum carne sine anima delectari nequeat, ipse tamen animus carnis voluptatibus relictus in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, ut et ex ratione contradicit, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit, sed ligatur se vehementer ingemiscat. Unde & ille cecilius exortus praecipuus miles gemebat, dicens c: [Vide aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivam me detinentem in lege dei peccati, que est in membris meis] Si autem captivus erat, minime repugnabat: quapropter & captivus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius legi, que in membris est, repugnabat: si autem repugnabat, captivus non erat. Ecce iraque homo est (ut tradidit) captivus, & liber: liber ex voluntate, quam diligit; captivus ex delectatione, quam ponat inuitus.

¶ [Palear] Abest hoc palea non solum a primo & decimo Vaticano, verum & ab aliis, que aliquos paleas habent. Rationem autem abest omnibus. In quibus enim capis hoc reperitur, comparatur potius cum superiore, quemadmodum etiam apud Burchardum & Ivoem.

¶ [Suggestionem] Sic emendatum est ex originali, ad quo parum distat Ivo: antea legatur: & necessaria est

a Bedalid. Barth. Lt. c. 93. Ivo par. 2. c. 52. b al. cum primo. c Rom. 7. d al. legem.

magna discretio inter suggestionem, & inter delectationem, atque consensum, iudicem sui facit animus praesidem. Burchardus iudicem sui praesidere animum. Reliquis fere ut Gratianus. Apud Bedam vero, & inter suggestionem, atque delectationem, inter delectationem, & consensum iudex sui animus praesideat. In collectione ipsorum & necessarium est magna discretione inter suggestionem, & delectationem atque consensum iudicem sui prodeat animum.

¶ [Si autem] Magna etiam hoc loco codicum varietas est. brevissima, & satis integra lectio est in codice epistoliarum B. Gregori, olim Lucetia impressi. Si autem captivus erat, minime pugnabat, sed pugnabat, quapropter captivus non erat. Ecce itaque, &c.

¶ [Quando sit peccatum] nocturni imaginibus illud.

C. III. ¶ Ieron Ildorus lib. 3. sententiarum, de summo bono, cap. 6. Non a est peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur, sed tunc est peccatum, si, antequam illudamur, cogitationis affectibus pravenimur. Luxuria quippe imagines, quas in veritate gessimus, sepe dormientibus in animo apparent, sed innoxie, si non concupiscendo occurrunt. Qui nocturnam illusionem polluitur, quamvis extra memoriam turpium cogitationum sese praesentat inquinatum, tamen hoc ut reutaretur, culpa sua tribuat, suamque immunditiam statim seclibus tergat.

Hu usque b respondetur. In Lege, & in Evangelio naturale jus continetur, non tamen quacunque in Lege & Evangelio inventum, naturali iuri coherere probatur. Sunt enim in Lege quaedam moralia precepta, ut non occides: quaedam mystica, ut peccata sacrificiorum precepta, ut de agno & alia similibus. Moraliam naturalia ad naturale jus spectant, atque ideo nullam sui utilitatem recipisse monstrantur. Mystica vero, quantum ad superfluum, a naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inveniuntur sibi annexa, ac per hoc, esse secundum superfluum, & deinde esse mutata, tamen secundum moralem intelligentiam, naturalitatem nescire probantur. Naturalia ergo jus ab exitu rationalis creaturae incipiunt, ut supra dictum est, manent immutabilia. Jus vero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit, ex quo homines convenientes in unum, ceperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur, ex quo Cain, c. civitatem adificasse legitur: quod cum diluvisio d. propter hominum vastitatem fere vastatur, extinguitur, postea a tempore Nemroth reparatum, sive potius immutatum, existimatur, cum ipse simul cum aliis alios cepit opprimere: alii sua imbecillitate ipsi divini ceperunt esse subiecti. unde in Genesi c. legitur de eo [Coepit Nemroth robustus venator esse coram Domino.] id est, i. hominum oppressor & extirpator, quos etiam ad turrim adificandam allexit.

¶ [Id est] Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcaino ita habet: id est, hominum oppressor, & extirpator: quos allexit, ut turrim contra Deum confruerent.

DISTINCTIO VII.

¶ [Si autem] constitutio capis a justificationibus, quas Dominus tradidit Moysi, dicens: [Si emeris servum Hebraum, &c.]

¶ [De conditionibus legum.] C. I. ¶ Ieron Ildorus lib. 5. Erym. c. 1. ait. Moyses gentis Hebrae primus omnium divinas leges factis literis explicavit. Phoraxus Rex Graecis primus leges, iudiciaque constituit. Mercurius Trimegistus primus leges Aegyptiis tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Lycurgus primus Lacedaemoniis iura ex Apollinis autoritate confinxit. Numa Pompilius qui Romulo successit in regno, primus leges Romanas edidit. Deinde, cum populus seditiosos.

a Ivo p. 9. c. 112. b al. ita. c Genes. 4. d Genes. 7. e Gen. 10. f Exod. 12.



magistratus ferre non possent. Decem viros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in latinum sermone[m] translatis, XII. tabulis exposuerunt.

C. II. *Quoniam eorum, qui leges XII. tabularum exposuerunt.*

Verunt autem hi, Ap. Claudius, T. Genucius, P. Sestius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi decemviri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris e primus consul Pompejus instituit, sed non perseveravit obsecratorum metu. Deinde Caesar cepit id facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquae leges vetustate, atque incuria obsoleverunt, quoniam eis nullus iam usus est, notitia tamen necessaria videtur. Novae leges à Constantino Caesare coepunt, & reliquis succedentibus: erantque permixtae, & inordinatae. Postea Theodosius minor & Augustus ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum constitutionum à Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit, quem à suo nomine Theodosianum vocavit.

DISTINCTIO VIII.

Differt autem ius naturale à consuetudine, & constitutione. Nam ius naturale omnia sunt communia omnibus, quod non solum inter eos servatum creditur, de quibus legitur: [Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una] &c. verum etiam praecedenti tempore à Philosophis traditum invenitur. Unde apud Platonem illa civitas iustissime ordinata traditur, in qua quisque propriis vestit affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius.

C. I. *Iure divino omnia sunt communia omnibus, iure vero constitutionis, hoc meum, illud alterius est.*

Vnde Augustinus ait tract. 6. ad c. 1. Ioannis.

Quo iure defendis villas ecclesiarum? divino, an humano? Divinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus Regum. Unde quisque possidet, quod possidet? nonne iure humano? Nam iure divino [Dominus est terra, & plenitudo eius.] Pauperes, & divites Deus de e. uno limo fecit: & pauperes, & divites una terra supportat. Iure tamen humano dicitur, haec villa mea est, haec domus mea, hic servus meus est. Iura autem humana per Imperatores sunt; quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores, & reges saeculi Deus distribuit generi humano. Item ibidem paulo inferius. Tolle 2 iura Imperatorum, & quis audeat dicere, mea est illa villa, aut, meus est ille servus, aut, domus haec mea est? si autem, ut teneantur ista ab hominibus, regum iura fecerunt, vultis, ut reticeamus leges, ut gaudeatis? Item ibidem pauca interiecta. Legantur leges, ubi manifeste praecerperunt Imperatores, eos, qui praeter ecclesiam catholicam communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apostolus pro voluit serviri Regibus, voluit honorari Reges, & dixit [Reges servemus.] Nolite dicere, quid mihi, & regi? Quid tibi ergo, & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & Regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ipsa quae iura humana re-

a al. sedisus. b Iudaeus ibidem continetur. c al. libros. d exoleverunt. orig. Ivo p. c. 170. Pam. l. 2. c. 144. e al. iunior. f al. natura. g Actor. 4. h Ansel. l. 12. c. 62. Ivo p. 3. c. 194. Pam. l. 2. c. 63. i Psal. 33. k Gen. 2. l dicit. orig. in Iure ergo humanum, iure Imperatorum: quare? orig. in Cod. l. 1. tit. 1. c. 4. & cod. Theo. l. 6. tit. 3. c. 43. 54. o al. ut. p. 2. Pet. 2. q ad ipsa. orig. & Ivo.

nunciasti, quibus possidentur possessiones.

1 *¶ Ecclesia* Haec dictio non est apud B. Augustinum. Nam ibi ait contra Donatistas, qui legibus Imperatorum villas sibi ademptas, & Ecclesiae catholicae attribuit esse querebant. Quare, cum Donatistae dicerent, villas nostras tulerunt: fundos nostros tulerunt, ut eos ipse convincat, milium ius in illis habuisse, aut habere: quibusdam praepositi, addit ista. Quo iure defendis villas? divino, &c. Et infra. q. 1. c. si qua causa. ubi Gratianus citat initium huius capituli, ista dictio, Ecclesia, non habetur. Et tamen apud Anselmum, Ivoem, & in Panormia locis indicatur.

2 *¶ Tolle* Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quae cumque addenda videbantur, placuit in regum apponere locum B. Augustini. Apud ipsum legitur post ver. humano, antecedenti paragraphi, haec sequuntur: Vultis legamus leges juris peritorum, & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum: videamus, si aliquid voluerint ab haereticis possideri. Sed quis mihi est imperator? secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audeat dicere, mea est illa villa, aut meus est ille servus, aut domus haec mea est? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt Regum, vultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel unum hortum habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini columbarum, quia vel ibi vobis permittitur permanere: leguntur enim leges manifestae, ubi praecerperunt Imperatores, &c.

2 pars. *¶ Dignitate vero ius naturale similiter praevaleat consuetudini, & constitutioni: Quae utique enim vel monitis recepta sunt, vel scriptis comprehensa, si naturae iuri fuerint adversa, ratione & irrita habenda sunt.*

C. II. *Adversus naturale ius nulli quamvis agere licet.*

Vnde Augustinus ait lib. 3. confess. c. 2.

Quare contra mores hominum sunt flagitia, pro quorum diversitate vitanda sunt, ut pactum inter se civitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatum, nulla civis, aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo universo non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem, aut pactum quorumlibet iubet, etiam nunquam ibi factum est, faciendum est, & si omisum, instaurandum est; & si institutum non erat, institutum est. Si enim Regi licet in civitate, cuius regnat, iudicare aliquid, quod neque ante illum quisquam, nec ipse unquam iusserat, & non contra societatem civitatis eius obtemperat, imo contra societatem non obtemperat, (Generale quippe pactum est societatis humanae obedire Regibus suis) quanto magis Deo regnatori universae creaturae suae, ad ea quae iusserit, sine dubitatione se vivendum est? si ut enim in potestate societas humanae maior potestas minor ad obediendum praeponeatur, ita Deus omnibus.

¶ Caput hoc est ex epistola Nicolai, quae incipit, Epistolam Bestitudinis tuae; exarata, una cum aliis eiusdem, & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romae, in Bibliotheca monasterii Dominicanorum, ex qua hoc caput emendatum est.

¶ Radicitus est evellenda perniciosa consuetudo.
C. III. *Item Nicolaus Papa Hincmaro Remensi Archiepiscopo.*

Malae consuetudo, quae non minus quam perniciosa corruptela vitanda est, nisi citius radicitus evellatur, in privilegiorum ius ab impropis assumitur, & incipiunt praevagationes, & variae praefractiones ceterum non compressae pro legibus venerari, & privilegiorum more perpetuo celebrari.

a Ivo p. 4. c. 178. b al. in qua. c Ivo p. 4. c. 209. Pan. l. 2. c. 13. d al. vana. Sub persona Libonia Libofsi Vagenfi.

¶ Veritati & rationi consuetudo est postpondenda.
C. IIII. Item Augustinus lib. 3. de baptismo, contra Donatistas, c. 6.

Veritate manifestata cedat consuetudo veritati, plane respondeo, quis dubitet veritati manifestata debere consuetudinem cedere? Item b Nemo consuetudinem rationi, & veritati praeponat: quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

C. V. ¶ Quilibet consuetudo veritati est postpondenda.

Item Gregorius I. V. Virumudo, c. Aversano Episcopo.

Si ad consuetudinem fortassis opponas, advertendum quod Dominus dicit e, [Ego sum veritas & vita.] Non dixit, Ego sum consuetudo, sed, veritas. Et certe (ut Beati Cypriani f. utamur sententia) qualibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata veritati omnino est postpondenda, & usus qui veritati est contrarius, abolendus.

1 ¶ Gregorius] In aliquot manuscriptis, & apud Ivo nem. Gregorius vii. Et in hujus Pontificatus Guatmundus Aversanus Episcopus scriptis de corpore & sanguine Domini contra Berengerum, qui libri extat.

¶ Veritas revelata, consuetudinem sibi cedere oportet.
C. VI. Item Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas, cap. 5.

Qui & contempta veritate praesumit consuetudinem sequi, autem fratres invidus est & malignus, quibus veritas revelatur, aut circa Deum ingratus est, cujus inspiratione ecclesia eius instruitur. & infra. b In Evangelio Dominus Ego sum, inquit, veritas: non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati, & si Revelatione facta veritatis, cedat & consuetudo i veritati: quia & Petrus i, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem predicanti. & infra. Cum Christus veritas sit, magis veritatem, quam consuetudinem sequi debemus, quia 2 consuetudinem ratio & veritas semper excludit.

1 ¶ Cedat consuetudo] Apud B. Augustinum, & Ivo nem, & in Panormia legitur, cedat error. Sed vere B. Augustinus ex ipso sumit ex omni certis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. haec enim responder. Noluit quidem iste dicere, consuetudinem, sed errorem. Verum tamen, cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem predicanti, satis indicat, quod aliud etiam de baptismo heri solebat.

2 ¶ Quis consuetudinem] Verba haec usque ad finem, apud Ivo nem, & Gratianum satis commode hic adhibentur, repetita ex verbis Felici, qui referuntur supra, c. v. mae.

¶ Consuetudo rationi frustra opponitur.
C. VII. Item in lib. 4. de baptismo, contra Donatistas, cap. 5.

Frustra, inquit, a quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obijciunt, quasi consuetudo major sit veritate, aut non sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a spiritu sancto revelatum. Hoc a plane verum est, quia ratio, & veritas consuetudini praeponenda est. Sed cum consuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri.

a Ivo p. 4. c. 20. Panm. l. 2. c. 165. Infradecem, qui contempta: b Ibid. cap. 1. sub persona Felici a Buslacem. c d. Cuzmond. d Ivo par. 4. c. 239. Panm. l. 2. c. 166. e Ioan. 1. 4. f Cyprianus in isto suo concilio. Sub persona Casti Sicconsis. g Ivo p. 4. c. 239. h Ibid. cap. 4. sub persona Labosi Vagenis. i Ivo p. 14. k sup. ca. c. v. mae. Ibid. cap. 7. sub persona Zozemi a Tharalla. l Galat. 2. m Ibid. cap. 9. sub persona Honorati a Theca sup. ca. v. mae. n Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epist. ad habitanonem. Ivo p. 2. cap. 94. & par. 4. c. 23. o Hic B. Augustinus respondet.

¶ Rationem consuetudo impedire non debet.
C. VIII. Item Cyprianus in epistola ad Pompejanum contra epistolam Stephani.

Consuetudo, quae apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quod minus veritas praevaleat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetusta erroris est: propter quod relicto errore, sequamur veritatem, scientes, quia & apud Eledram a veritas vicit, sicut scriptum est [Veritas manet, & invalebit in aeternum, & vitis, & obtinet in saecula saeculorum.]

Idem in epist. ad Iulianum, circa med.
Ignosci i potest simpliciter erranti; sicut de seipso dicit Apostolus Paulus b [Qui primo, inquit, sui blasphemus, & persecutor, & injuriosus: sed misericordiam merui, quia ignorans feci.] Post inspirationem vero, & revelationem factam, qui in eo quod erraverat, perseverat; prudens & sciens sine venia ignorantiae peccat: praesumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.

1 ¶ Ignosci] Apud B. Cyprianum legitur, ignosci enim potest, & hu antecedunt ea qua leguntur supra c. frustra, usque ad ver. revolutum.

¶ Dei veritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet.

C. IX. Idem lib. 2. ep. 3. ad Caelitum.
Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putaverit, sed a quid, qui ante omnes est, Christus, prior fecerit: Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem, cum per Esaiam e prophetam Deus loquatur, & dicat. [Sine causa autem colunt me, & doctrinas hominum docentes.]

Liquid igitur apparet, quod consuetudo naturali juri postponatur.

DISTINCTIO IX.
¶ Sed autem & constitutio naturalis juri cedat, multiplici a autoritate probatur.

¶ Leges principum naturalis juri praevalere non debent.
PALEA. I.

C. II. At enim Augustinus ad Bonifacium Comitem, epist. 50.

Imperatores, quando pro falsitate contra veritatem constitunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseverantes: quando autem pro veritate, contra falsitatem constitunt bonas leges, terrentur facientes, & corriguntur intelligentes.

Quicumque 2 ergo s legibus Imperatorum, quae pro Dei veritate feruntur, obtemperant non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque vero legibus Imperatorum, quae contra veritatem Dei feruntur, obtemperant non vult, acquirit grande premium.

Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec everterunt, quae contra praeccepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & everterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex g Nabuchodonosor, cum servus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, ut simulacrum adoraretur: sed ejus impia constitutio qui obedire noluerunt, pie, fideliterque fecerunt. Idem h tamen rex divino correctus miraculo, piam & laudabilem legem pro veritate constituit; ut quicumque niteret blasphemiam in Deum i Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

1 ¶ Palea] In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nulla, aut pauca sunt palea, hoc loco habetur textus.

a Esdra 3. & 4. b ii Thimo. 1. c Anselm. lib. 9. cap. 6. d Matth. 17. Hic est situs meus, &c. e Esai. 29. Matth. 13. f Ivo par. 4. cap. 148. Panm. l. 2. tit. 141. g Dan. 3. h Ibid. 11. Deum verum.] orig.

num a veris. Quicumque, usque ad vers. Nam & temporibus. In alio autem in quibus suis, habetur integrum hoc caput, & sine nota Palea. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.

¶ Quicumque] Communitatis etiam apud Iovem, & in Ravenna est verba verborum B. Augustini, apud quem qui memorat primum, priore; qui supplicium, postulare loco ponitur.

¶ Principes tenentia & ipsi vivere legibus suis. C. II. Item ex verbis Iudori lib. 1. sententiarum de summo bono, est.

¶ Vnum a est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reverentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se convenit posse damnare iura, quæ in subiectis, constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

¶ In aliquot veteribus exemplaribus caput hoc non habetur: in aliis vero conjunctum est superiori, & non habet rubricam.

¶ Scripturam canonicam tractatorum littera deserviant. C. III. Idem Augustinus in prologo libri terti de Trinitate.

¶ Noli e meis literis quasi canonicis scripturis inperferre. Sed in illis, & quod non credebas, cum inveneris, incunctanter crede: in istis autem quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum tenere.

¶ In tractatione opusculi multa corrigenda inveniuntur. C. IIII. Idem ad Vincentianum Victorium, lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

¶ Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis majoribus & ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

¶ In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. C. V. Idem ad Hieronymum, epist. 19.

¶ Ego b solis eis scriptorum, i qui jam canonicis appellentur, didici hunc timorem, honoremque deferre, ut nullum eorum, k scribendo errasse audeam credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quam vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse, quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego ut quantalibet sanctitate, doctrinaque polleant, l non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi i per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat, persuadere non poterunt.

¶ Mihi per alios] Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Augustinum est, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, nec multo secus apud Iovem. Alias vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.

¶ Libria veterum hebraea voluminis, novis graeca auctoritate impendunt. C. VI. Idem i

¶ Veterum librorum fides de hebraeis voluminibus examinanda est, ita novorum, graeci sermonis normam desiderat.

¶ Idem] Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Laurentium Baticanum epist. 28. sed. utata non est inscriptio ab glossam in ver. Graeci.

¶ Burch. 1. 1. c. 42. Ivo par. 16. c. 43. b consentit frustrare iura.) orig. c Ivo par. 4. c. 7. Pam. 12. c. 120. d al. certum habebas.) exemp. e al. firmiter retinere.) orig. f Ivo p. 4. c. 173. g moribus.) orig. & Ivo. h Ivo par. 4. c. 74. Pam. 12. c. 119. i scripturarum libri.) orig. & Pan. k eorum auctorem in scribendo aliquid errasse firmissime credam.) orig. Ivo & Pan. l propolent.) orig.

¶ Nihil auctoritatis, canonice remaneat scripturae, si ad eas mendacia fuerint admixta. C. VII. Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

¶ Ad scripturas sanctas admixta fuerint vel omissa mendacia, quid in eis remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia profertur, cum ponderare contentiose fallitatis obtulerit, e improbitas?

¶ Littera omnium episcoporum facta præponitur scriptura. C. VIII. Item de baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

¶ Vis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quam novi testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari, & disceptari non possit, utrum verum, vel utrum rectum sit quicquid in ea scriptum esse confiteri? Episcoporum autem litteras, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribitur, vel per sermonem forte sapientiorum cujuslibet in ea re peritoris vel per aliorum episcoporum graviorum auctoritatem, doctoremque d prudentiam, & per concilia licite reprehendi, si quid in eis forte veritate deviatum est?

¶ Ex dictis quorundamlibet episcoporum contra divina mandata calumniam non colligatur. C. IX. Idem ad Vincentianum epist. 48. contra Donatistas.

¶ Noli e frater contra divina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex episcoporum scriptis, sive nostrorum, sicut Hilarii, sive, i (antequam pars Donati separaretur,) ipsius unitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium profertur, ut contra sentire non liceat, sicut ubi forte alter sapuerit, quam veritas possit, sic quippe numero sumus, ut non dedignemur etiam nobis dictum f ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sentis, id quæque Deus vobis revelavit.]

¶ Sive antequam] Antea legatur sive Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separaretur, Reliqua est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratia. & Ferræ. Cyprianus enim, & Agrippianus multo antea Donati schisma in ecclesia unitate decesserunt: quæ in re veritas auctoritas glissa.

¶ Revelavit] Ita etiam originale, & Ivo, & aliquot additione non testamenti. Sed idem B. Augustinus in locum tract. 3. 45. 13. & 18. & alibi forte semper legit, revelabit, & exemplat. Græci est docere a. v. l. 4.

¶ Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & exemplaribus canonum. C. X. Item ad Fortunatianum, epist. 111.

¶ Neque g quorundamlibet disputationes, quamvis catholicorum, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salva honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare, atque espuere, si forte invenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habet, divino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel a nobis intellectores meorum.

¶ Exemplis ratio sua præfertur. C. XI. Idem ad Marcellinum de civitate Dei lib. 1. c. 23.

¶ Ivo p. 4. c. 211. b al. velut officiosa) orig. al. fuerint officiosa. c al. substat. Ivo p. 4. c. 217. Poly. 13. 11. 21. d al. destruxerunt. e Deus dedit. p. 2. Anf. 1. 4. c. 13. Ivo p. 4. c. 138. f Phil. 3. g Ivo p. 4. c. 217. h al. Qualis) orig. Anf. i al. tales. Poly. 1. 1. 11. 26.

Sana quippe ratio etiam exemplis anteposenda est. Sicut quidem et imitatio concordat; sed illa, quanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora pietate.

Omnia ergo in naturali jure nihil aliud precipiatur, quam quod Deus vult fieri, nihil, veterat, quam quod Deus prohibet fieri. Itaque cum in canonica scriptura nihil aliud, quam in divinis legibus invenitur, divina vero leges natura constituit, patet, quod quaeque divina voluntati, seu canonica scripturae contraria probantur, eadem et naturali juri inveniuntur adversa. Unde quaeque divina voluntati, seu canonica scripturae, seu divinis legibus postponentia censentur, eisdem naturali juri praeseri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiasticae, vel saeculares, si naturali juri contraria probantur, penitus sunt excidendae.

DISTINCTIO X.

Constitutiones vero principum Ecclesiasticis constitutionibus non praecedunt, sed obsequuntur.

¶ Lex Imperatorum ecclesiastico jura dissolvere non potest.

C. I. Vide Nicolaus a Papa scribitur episcopis in concilio apud Convincium congregatis.

Ite Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controversiis utendum est, praesertim cum inveniuntur Evangelice, ac canonice functioni aliquoties obviare. 2. Item Lex et Imperatorum non est supra legem Dei, sed subus. Imperiali judicio non possunt ecclesiastica jura dissolvi. Ad quod ostendendum, duorum horum, d. scilicet Innocentii, & Gregorii satis sufficientia testimonia. Sanctus et quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: Nam quod sanctitatis, utrum divinis imperiali judicio provincis, ut duae metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari; non visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam commutari, honoresque, aut divisiones perpetui. [quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius scribens ad Theodisium patritium inter cetera. [Si, inquit religionis causa conjugia debere dissolvi dicantur; sciendum est, quia etsi hoc lex humana concessit; lex tamen divina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali judicio non possunt ecclesiastica jura dissolvi. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, divina lex prohibuit. ¶ Non quod Imperatorum leges (quibus ecclesia utitur contra haereticos, saepe contra tyrannos, atque contra pravos quosque defenditur) dicamus penitus tenuendas, sed quod eas evangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis (quibus postponentia sunt) nullam posse inferre praedictum.

¶ Leges] Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai, que videtur in codice bibliothecae Dominicanae, de quo distinctio est supra distinctio. c. m. d. Titulus autem epistole, hic est. Nicolaus servorum Dei, Reverendissimus, ac sanctissimus confratribus nostris metropolitani episcopis, & ceteris diversarum provinciarum, ac urbium praesulibus, qui in Convincium villam publicam, secus civitatem Silvanectis convenissent. Eadem epistola super impressa est in appendice bibliothecae sancti Petri.

¶ Obviare] Apud Nicolaum sequitur continenter, ad quod ostendendum, &c. Quae autem apud Gratianum.

a. In par. 4. c. 17. Pan. l. 2. c. 138. Anselm. l. 1. c. 97. Polyc. l. 1. tit. 77. b. al. idem. c. In ca. adjectis, c. 17. d. Herouan. orig. e. Barb. l. 1. ca. 19. f. 16. ca. 21. Pan. l. 2. ca. 239. Lun. l. 1. epist. 18. c. 2. f. veri videri. g. Lib. 9. reg. epist. c. 9. f. 10 p. 4. cap. 187. Pan. l. 2. ca. 142. c. ad p. 115. c. 17.

non sine interjecta, non sunt hoc loco in epistola, neque in Polycarpo, reg. apud Anselmum, sed verba illa, Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subus. à Burchardo, & Ivone citantur ex decretis Pii Papa, c. 3. habentur autem in capitularibus adjectis c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite, 6. ecce quemadmodum.

¶ Nihil quod evangelicis regulis obviet, Imperatori agere licet.

C. II. Item Symmachus a Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra divina mandata praesumere, nec quidquam quod evangelicis, prophetis, aut apostolicis regulis obviet, agere.

¶ In ecclesiasticis causis regis voluntas sacerdotibus est postponentia.

C. III. Item Felix c. Papa.

Certum est hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non praeferre, & sacrosancta per eorum praesules potius discere, quam docere; ecclesiasticam d. formam sequi, non huic humanitus sequenda jura praefigere: neque ejus functionibus velle dominari, cujus clementiae Deus vult tux pie devotionis colla submittere: ne, dum mensura caelestis dispositionis e. exceditur, eatur in contumeliam disponentis.

C. IIII. ¶ Bonis moribus, & decretis Romanorum Pontificum, constitutiones contraire non possunt.

Item f.

Constitutiones contra canones, & decreta praesulum Romanorum, vel bonos mores, nullius h. sunt momenti.

C. V. ¶ Quo sacerdotum sunt, regibus usurpare non licet.

Item Nicolatus Papa l. in epistola ad Michaelem Imperatorem, cujus initium est, [Proposueramus.]

Imperium i vestrum suis publicae rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non usurpare, quae sacerdotibus Domini solum conveniunt.

C. VI. ¶ Tribusalia Regum sacerdotales sunt potestati subiecta.

Item Gregorius Nozianzenus in oratione ad cives Nazianzenos angoris plenus, & Magistratum ratum.

Concipitisne libertatem verbi? libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem, dedit & principatum multo perfectiorem principibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carnis; si terrenis caelestia superentur; si divinis preferantur humana?

2. pars. Ecce quod constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponentia sunt. Vbi autem Evangelicis, atque canonicis decretis non obviari, omni reverentia digne habeantur.

a. Ex Calixtus epist. 1. & Marcellinus in extrema epist. 2. & in capitulis Hadriani c. 76. ex quo citant. Burchard. & f. par. 16. c. 9. Deud. p. 1. & 3. b. Burch. l. 15. c. 8. f. 10 p. 4. cap. 231. & p. 16. c. 9. Pan. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1. c. In exemplari Veronensi est. c. Felix 3. Ansel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18. d. al. ecclesiasticis, & al. dispensationibus. Vantea legebantur. Item g. Habentur in c. Hadriani, non 39. Deudedit, par. 1. & 3. h. sint] or. 18. i. Ansel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 9. f. 10 p. 4. cap. 231. & par. 16. c. 10. Polyc. l. 1. c. 18.

C. VII. ¶ *Leges Imperatorum in adiutorium ecclesie a licet asseruata.*

Vnde Augustinus in dialogo, id est, libro 2. contra Iulianum Perihiano, c. 11.

¶ *Si b in adiutorium vestrum etiam terreni imperiales Reges assumenda putatis, non reprehendimus.*

¶ *Fecit hoc Paulus c, cum aduersus iniuriosos, civem Romanum se esse testatus esset.*

¶ *Ecclesia] Auctor huius rubricae caput hoc ita accipit, quasi hic agatur de legibus Imperatorum in favorem ecclesie latu, cum ibi B. Augustinus Perihiano, & Donatius hereticus concedat, legibus Imperatorum ipsi in adiutorium suum uti posse, modo id fallaciter non facerent, quod eos fuisse convincit.*

C. VIII. ¶ *Reges Pontificibus pro aeternis, & Pontifices Regibus pro temporalibus indigent.*

Item Nicolaus Papa I. in epist. 7. ad Michaellem Imperatorem.

¶ *Voniam d idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus propriis & dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit propria 2, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: ut & Christiani Imperatores pro aeterna vita pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uterentur, quatenus spiritalis actio a carnalibus distaret incurfus, & deo e militanti Deo T. minime se negotio secularibus implicaret; ac vicissim non e ille rebus divinis praefidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.*

¶ *Huc capiti in codicibus impressis erat praepositus hic titulus. Cyprianus Iuliano Imperatori: quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto undecimo Vaticano, abest dictio, Imperatori, quemadmodum e apud Ivozem. Nonum autem habet. Iuliano episcopo aliud percutissimum, Iuliano. Ceterum in veteribus hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaellem Imperatorem, qua incipit, Propofueramus; ex quo refertur infra dist. 96. e. 2. ad verum. una cum alio verbi ejusdem epistola, ex quibus hac pendet. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematu vinculo.*

¶ *Propria] In originali est, propria volens medicinali humilitate sursum efferri. Ivo habet ut Gratianus hic in plerisque codicibus. In nonnullis tamen est, propria volens medicinalis humilitate sursum efferri, quemadmodum etiam infra dist. 96. cap. cum ad verum. Apud Gelasium loco indicato legitur, sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis, & officia potestatis utriusque discrevit, suos volens medicinali humilitate salvari, non humana superbia rursus intercipi, ut & Christiani, &c.*

C. IX. ¶ *Leges Imperatorum custodiri oportet.*

Item Leo III. Lothario Augusto.

¶ *De h capitulo, vel praecipis imperialibus vestris, vestrorumque i pontificum praedecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conservandis, quantum valuerimus, & valeamus Christo propitio, & nunc & in avum i nos conservaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciat se cum pro certo mendacem.*

¶ *Vestrorumque] Epistola haec non est inventa: e in istis verbis videtur subesse mendam, ex quo auctor glasse errandi occasionem suscipit, qui Christiani Imperatoribus, cuiusmodi fuerant praedecessores Lotharii, attribuit illud, quod Iidorus de ethnicis dicit nimirum Im-*

a al. assumi. b Ivo p. 4. cap. 113. Panm. l. 2. c. 113. c. Ab. 2. d. Ivo p. 4. cap. 113. inf. dist. 96. cap. cum ad verum. e. i. l. Im. 2. f. al. & militum. g. al. ne. h. Ivo p. 4. c. 176. Panm. l. 2. s. 149. i. al. aeternum.

peratores filios fuisse appellari Pontifices, de qua re optime Gelafius in tomo de Anathematu vinculo, & infra distinct. 2. c. 1. c. 1. ros. Apud Ivozem legitur, vestris, nostrorumque etiam Pontificum praedecessorum, in Panormia, nostris nostrorumque Pontificum, & praedecessorum. Sed forsitan caetera quidem rebus apud Gratianum habent: tantummodo ante distinctionem; praedecessorum, est addenda conjunctio, & quemadmodum est in Panormia. Nam hoc significatur, Imperatores illos filios fuisse edere capitula, adhibita in consilium Pontificibus regni, quod verissimum est. Omnino haec, qui a Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli, & Ludovici, quae Lotharius in universa Italia servari mandaverat. Nam in legibus Langobardis, lib. 2. tit. 31. Lotharius ita constituisse traditur. Placuit nobis, ut capitula, quae excephimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli, & genitoris nostri Ludovici, Imperator invictissimi, his omnibus, & fidelibus nostris, & sanctae ecclesiae in regno Italiae consentientibus per legem teneantur, & serventur: & quicunque horum capitularum contemptor extiterit, sexaginta solidis componatur. Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum uti prohiberetur, vultu displicuit: sicut ex. c. si infra ea. dist. colligi potest, disseminatus, etiam rumor fuit eandem esse Pontifici ac populi sententiam. De qua re Leo haec epistola videtur purgare voluisse; & tamen postea pro conservando iure civili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligenter agit: quod apparet ex dicto c. finali.

C. X. ¶ *Leges auctoritate dissolvunt, quod contra ratio fit.*

Item Ioannes VIII. Ludovico Imperatori.

¶ *Vides a fili charissime, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolvi meretur.*

C. XI. ¶ *Leges principum, aut regum patrum contentum non licet.*

Item Gelafius Rufinus, & Aprilis episcopi.

¶ *Vis a autem b leges principum, aut regum patrum aut admonitiones paternas e dicat debere committi, nisi qui impunitum sibi tantum e sumet transire committunt.*

C. XII. ¶ *Leges Romanorum Principum servanda sunt ab omnibus.*

Item Theodorico regi.

¶ *Certum d est magnificentiam vestram leges Romanorum principum, quas in negotiis hominum custodiendas esse praecipit, multo magis circa e reverentiam beati Petri Apostoli pro sua felicitatis augmento velle servari.*

C. XIII. ¶ *Romana lex nullius temeritate debet corrumpi.*

Item Leo III. Lothario Augusto.

¶ *Vestram i flagitamus f elementiam, ut sicut haec Romana lex viguit absque univervis proclis, & pro nullius persona hominis remissum esse corrupta, ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat.*

¶ *Vestram] Videtur Lotharius populo Romano, quod Leo petiit concessisse. Nam in legibus Langobardis lib. 1. tit. 1. sic habetur, ut interrogetur populus Romanus, qua lege vult vivere, & sequatur confirmatio.*

¶ *Volumus, ut cunctus populus Romanis interrogetur, qua lege vult vivere, ut tali lege, quali lege vivere professi sunt. vivant: illisque denuncietur, ut hoc uniusquisque, tam iudices, quam duces, vel reliquis populus sciat: quod si offensionem contra eandem legem*

a Ivo p. 4. inf. dist. 54. c. qui aut. * Ivo p. 4. cap. 113. Panm. l. 2. c. 110. b al. aut. c al. modernas. d Ivo p. 4. cap. 110. Panm. l. 2. c. 111. e al. propter. f Ivo p. 4. cap. 113. Panm. l. 2. c. 112.



primo loco commemorem) eos, qui in Domini nostri IESV Christi nomine spem posterunt, figura crucis signari, equis scripto docuit: dum oramus, ad orientem solem converti, eoque nos litera docuerunt? Verba invocationis, cum panis Eucharistiae, & calix benedictionis offerunt, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non enim is contenti sumus, quorum Apostolus, & Evangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum antea, tum postea, dicimus, utpote quae magnum momentum ad ipsum mysterium habeant, doctrina non scripta, sed tradita eruditi, benedicimus aquam baptismatis, & oleum unctionis, atque illum ipsum praeterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsam olei unctionem, quis sermo scriptus docuit? Quod homo ter mergendus sit, unde accepimus? Abrenuntiare Sathanae, atque Angelis ejus, & reliqua omnia, quae in baptismo observamus, quae scriptura iussit? An non haec ipsa maxime vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, nostrorum maiestatem taciturnitate servari.

C. VI. ¶ Laudabilis est consuetudo, quae nihil fidei contrarium usurpat.

Item Pius Papa I. in decretis, decreta septimo.

Consuetudinem a laudamus, quae tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur.

¶ Verba huius capituli, quod antea tribuebatur B. Augustino in editione consiliorum Coloniensium, tribus tomis inter decreta Pii I. decreto septimo, & in epistola eiusdem Pii ex codice sexdecimo librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Ivo, & auctor Panormiae. cuius tamen epistola omnia fere verba habentur. lib. regestis B. Gregorii (qui citatur in Polycarpo) epist. 71. & ea, quae ad hoc caput pertinent, referuntur infra dist. 12. cap. nos consuetudinem.

C. VII. ¶ Ubi auctoritas defuit, mos populi, & majorum instituta pro lege servantur.

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

In his rebus, de quibus nihil certi statuit divina scriptura, mos populi Dei, & instituta majorum pro lege tenenda sunt. Et sicut i. pravaricatores divinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

1. ¶ Et sicut] Hinc usque ad finem sunt in epistola indicata: sed à Burchardo etiam, & Ivone, & in Panormia referuntur.

C. VIII. ¶ Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, ecclesia regitur.

Idem in libro c. de fide Christiana.

Catholica ecclesia per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quiddam enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarum, aut traditio universalis, aut certe propria, & particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur, universali traditione majorum; nihilominus tota: privati vero constitutionibus, & propriis infirmationibus unaqueque pro locorum varietate, prout cuique vitium est, subsistit, & regitur.

C. IX. ¶ Valeat ad fidem, catholica auctoritas ecclesiae.

Idem in libro contra Manichaeos.

a Bure. l. 3. c. 124. Anfl. l. 4. c. 47. Ivo p. 4. c. 66. Pam. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23. b Anfl. 4. c. 43. Bure. l. 3. cap. 126. Ivo p. 4. cap. 65. Pam. l. 2. c. 158. Poly. l. 3. tit. 23. cap. 1. c. Hodie inter opera B. Augustini, nullum extat hoc titulu. In epistola vero ad Januarium, quae est tit. c. 1. & 2. hac eadem sententia copiose exprimitur.

Plam est, quod in re dubia, ad fidem valeat auctoritas ecclesiae catholicae, quae ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot populorum confessione firmatur.

¶ Apud B. August. lib. 11. contra Faustum Manichaeum, c. 2. legitur. Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid ecclesiae catholicae valeat auctoritas, quae ab ipsis, &c. Hunc vero episcoporum successorem postquam in sede Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 165. de schismate Donatistarum merito certissimam putavit ecclesia catholica iudicium.

C. X. ¶ Ab Apostolica instituta non licet recedere.

Item Leo Papa ad episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6.

Hoc a vestrae indicimus charitati, ut ab Apostolicis institutis nullo ulterius recedatur excessu, quia innotuit post hoc esse non poterit, si quicumque Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

C. XI. ¶ Ab omnibus servari debet, quod Romana servat ecclesia.

Item Innocentius I. ad Decentium episcopum Eugubinum, epist. 1.

Visi nesciat aut non advertat, id quod à principe Apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est, ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari: nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum praefertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, iustitiasque interiacentes; nullum instituisse ecclesiam, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerunt sacerdotibus: aut legant, si in istis provinciis alius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam inventur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus student, caput institutionum videantur omittere. e Saepè dilectionem tuam ad urbem venisse, ac nobiscum in ecclesia convenisse, & quem moram vel in considerandis mysteriis, vel in ceteris agendis arcanis teneat, cognovisse. 1. Quod sufficere arbitramur ad informationem ecclesiae tuae, vel reformationem; si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus, nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset: quibus idcirco respondemus: non quod te aliqua ignorare credamus; sed ut majori auctoritate tuos instituas, vel si quis à Romanae ecclesiae institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas, ut scire valeamus, qui sint, qui aut novitates inducunt, aut alterius ecclesiam, quam Romanae, existimant consuetudinem esse servandam.

1. ¶ Cognovisse.] Locu hic in originali concilii quatuor romanorum infero, sic habet, cognovisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesiae tuae, vel reformationem (si praedecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberemus; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset; Sed ab gibstana, praecipue in verborum non est mutatum.

DISTINCTIO XII.

1. ¶ Quid absque discretione iustitia nulli agere licet. C. I. ¶ Nulli agere licet sine discretione iustitia contra disciplinam Romanam Ecclesiae.

a Anfl. l. 1. cap. 45. Poly. l. 2. tit. 17. Bure. l. 3. c. 125. b Anfl. l. 1. c. 41. Ivo p. 4. cap. 67. Poly. l. 2. tit. 17. & l. 3. tit. 24. c. d. auctoritatem debeat aliunde accipere vel exemplum? d. d. d. asserionibus, c. d. d. amittere.

Vide

Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis
aut in epistola prima ad Benedictum Episcopum

Non a decet a capite membra discedere; sed iuxta
sacra scriptura testimonium omnia membra caput
sequantur. Nulli verò dubium est, quod Apostolica ec-
clesia mater est omnium ecclesiarum, a cuius vos regu-
lis nullatenus convenit deviare. Et sicut Dei filius venit
facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestre
impletis matris, quae est ecclesia: cuius caput, ut prædi-
ctum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine
dilectione iustitiae contra hujus disciplinam actum fuerit,
cautum haberi ratio nulla permittit.

C. II. ¶ Apostolicis præceptis nullus superbi-
resistat.

Item Gregorius I. Papa quartus.

¶ Gregorius.] Integrum hoc caput invenitur in episto-
la Gregorii quarti universi episcopi per Galliam, Germani-
am, Europam, & universas provincias constitutus; quae est in
veteri supra citata Bibliotheca monasterii Dominicanorum. In-
venitur verò etiam in epistola Anastasii II. ad Anastasium Au-
gustinum, c. 6.

¶ Apostolicis non dura superbia resistatur,
sed per obedientiam, quae a sancta Romana ecclesia,
& Apostolica auctoritate iussa sunt, salutariter impleantur,
si ejusdem sanctae Dei Ecclesiae, quae est caput ve-
strum, communionem habere desideratis, & post multa.
¶ Non novum aliquid presenti iussione præcipimus; sed
illa, quae olim videtur indulta, firmamus: cum nulli du-
bium sit, quod non solum Pontificalis cautio, sed om-
nis sanctae religionis ratio ad sedem Apostolicam,
quasi ad caput ecclesiarum, debeat referri, & inde
normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput insti-
tutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem
omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolica pe-
tra, super quam Christus universalem fundavit eccle-
siam, soliditate divelli. Si quis haec & Apostolicae sedis
præcepta non observaverit, percepti honoris esse hostis
non dubitetur.

¶ Sanctae religionis.] Sic emendatum est ex ipsa episto-
la, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus, indultis his vocibus
speciè Romanæ ecclesiae.

C. III. ¶ Non est resistendum consuetudini,
cuius communitas non obstat aucto-
ritati.

Item Leo IX. Michaeli episcopo Constantinopo-
litano, epist. 1. c. 29. & Nicolao I. epist.
ad Photium.

¶ Sic f. sancta Romana ecclesia, quod nihil obsunt
consuetudines; si illis canonica non obstat auctoritas,
pro qua eis obviare debeamus: unde nil iudicamus
eis debere, vel posse resistere. ¶ Caput hoc con-
suetudine est ex duobus locis diversis locis. Nam usque ad ver-
bum illis, sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis IX.
adversus invidiosas presumptiones Michaelis Constantinopoli-
tani, & Leonis Acraniani episcoporum, cap. 29. ubi loquens
de Romana Ecclesia, ait: Scit namque, quia nihil ob-
stant consuetudines; quando una fides per dilectionem ope-
ratur bona, quae potest, uni Deo commendat omnes:
& hoc facti ab Ivo, & in Pannormia referuntur. Altera
pars accipitur ex epistola secunda Nicolai ad Photium,
quae incipit, Postquam Beato Petro. Illi enim habentur

a Anselm. l. 1. c. 17. b Anselm. l. 1. c. 20. Polye. l. 1.
tit. 17. c. alibi ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exem-
plaribus. d. alacustano. e. al. hoc præcepto sedis Apostoli-
cae præcipitur. orig. f. Ivo p. 4. cap. 23. & p. 3. c. 44. Pannorm. l. 2.
c. 153. g. al. missi.

hac: De consuetudinibus, quas nobis opponere visi
sunt, scribentes per diversas ecclesias diversas esse con-
suetudines: si illis canonica non obstat auctoritas, pro
qua obviare debeamus; nihil iudicamus, vel eis resisti-
mus.

C. IV. ¶ Consuetudines, quae fidei non offe-
ndunt, ut à maioribus traditae sunt,
observentur.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 23.

¶ Illud breviter te admonendum peto, traditiones eccle-
siasticas, praesertim quae fidei non officiunt, ita obser-
vandas, ut à maioribus traditae sunt, nec aliorum consue-
tudinum, aliorum contrario more subverti.

C. V. ¶ Traditiones à Patribus institutae, non
sunt infirmandae.

Item Nicolaus Fluminario archiepiscopo.

¶ Idiculum a est, & satis abominabile dedecus, ut tem-
poribus nostris vel falso insimulari sanctam Dei ec-
clesiam permitramus, vel eas traditiones, quas antiqui-
tatis à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium
infringi patiamur.

¶ Habetur in epistola scripta Fluminario, & ceteris archiepi-
scopis, & episcopis in regno Caroli ecclesiarum regentibus; quae extat
in codice jam memorato Bibliothecae Dominicanorum, & ex ea
caput hoc completatum est. Nam antea brevius erat, ut etiam a-
pud Ivo, & in Pannormia.

C. VI. ¶ Dicitur mores pro lege sunt ha-
bendi.

Item Iustinianus Institutionum lib. 1. tit. 2.

¶ Dicitur à mores consensu utentium approbati, legem
imitantur.

C. VII. ¶ Quidquid contra longam con-
suetudinem fit, revocari o-
portet.

Item Cod. lib. 3. tit. quae sit longa consuetu-
do, l. 1.

¶ Consuetudo & praecedens, & ratio, quae consuetudi-
nem suavit, tenenda est. Et quidquid i contra lon-
gam consuetudinem fiet, ad sollicitudinem suam revoca-
bit praes provinciae.

¶ Quidquid.] In originali est, & ne quid contra lon-
gam consuetudinem fiat, sed quoniam rubrica videtur magis
convenire lectioni Gratiani, quae est etiam apud Ivo, & in Pan-
normia, non est mutatum.

C. VIII. ¶ Inmota permaneat consuetudo,
quae contra fidem catholicam nihil u-
suppare dignoscitur.

Item Gregorius universi episcopi Narniense,
lib. 1. epist. 75.

¶ Nos d. consuetudinem, quae tam in contra fidem ca-
tholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam per-
manere concedimus; sive de primatibus constitutis, si-
ve de ceteris capitulis: exceptis iis, qui ex Donatistis ad
episcopatum perveniunt: quos proveri ad primatus di-
gnitatem (etiam cum ordo clericorum i eos ad locum
eundem deferat) modis omnibus prohibemus. Sufficiat
autem illis commissae sibi plebis & curam gerere, non au-
tem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiae
sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen pri-
matus anteire.

¶ Ordo clericorum.] Sic etiam legitur in aliquot ve-
tustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorii codicibus: sed auctor
glossae non videtur habuisse verbum clericorum: quomodo modum
neque Ivo, neque plerumque Gratiani manuscripta exemplaria, ne-
que aliquae etiam B. Gregorii operum editiones.

a Ivo p. 4. cap. 217. Pannorm. lib. 2. cap. 116. b Ivo p. 4. cap. 104.
Pannorm. lib. 2. cap. 160. c Ivo p. 4. c. 201. Pannorm. lib. 2.
cap. 162. d Supra dist. 11. consuetudinem. e tantum-
modo.] orig.

C. IX. ¶ Non negantur, que consuetudinis sunt.

Item Gregorius ad Maximinum Salonitanum episcopum lib. 7. reg. epist. 21.

¶ Veniamus illi perperam non patimur, sic quæ sunt consuetudinis, non negamus.

C. X. ¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat.

Item Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, res. 3.

¶ Novit a fraternitas tua Romana ecclesia consuetudinem, in qua se meminimus enutritam. Sed mihi placet, ut five in Romana, five in Gallicorum, & five in qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotentis Deo possit placere, sollicitè eligas; & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide nova est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesiis colligere poteris, & infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus & loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis: quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem deponere.

C. XI. ¶ Quid neque contra fidem, neque contra bonos mores esse convincitur, indifferenter est habendum.

¶ Illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis conciliis, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata, atque statuta retineri. sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in caelum, & adventus de caelo spiritus sancti, anniversaria solemnitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit, quod servetur ab universa, quacunque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia e verò, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quod alij jejunant sabbato, alij verò non; alij quotidie communicant corpori, & sanguini Domini, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi sabbato tantum, & dominico, alibi tantum dominico, & si quid aliud hujusmodi animadverti potest; totum hoc genus rerum liberas habet observationes. Nec disciplina ulla est in his melior gravi, prudentique Christiano, quam ut eo modo agat, quo agere videtur ecclesiam, ad quamcunque forte devenit. Quod & enim neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, & indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos vivitur, societate servandum est. Mater mea in Mediolanum me cooperat invenit ecclesiam sabbato non jejunantem: cooperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re, beatissimi memoris virum Ambrosium. At ille ait, cum Romam venio, jejunio sabbato: cum Mediolanum sum, non jejunio. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam veneris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est.

¶ Mater mea] In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco usque in finem, quoniam verba B. Augustini aptè erant in epitomen redacta, nihil additum est.

¶ ps. Hoc autem de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel universali ecclesia usui, vel temporis proximitate reboratur. Ceterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum varia consuetudines introducantur, inven-

a Ivo p. 2. c. 50. b Gallicanorum] orig. Gallicana.] Ivo. c. potissimè.] orig. d bonis rebus.] orig. e ibid. cap. 2. f Fere idem epist. 119. c. 18. g al esse convincitur.

ta opportunitate; referenda sunt potius quam observanda.

C. XII. ¶ Referenda sunt quæ neque auctoritate, neque moribus universitatis comprobantur.

Unde August. scribit ad inquisitiones Ianuarii epist. 119. c. 19.

¶ Omnia & talia, quæ neque sanctarum scripturarum, auctoritatibus continentur, nec in conciliis episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universalis h ecclesie roborata sunt, sed diversorum locorum diversis moribus innumerabiliter variantur, ita ut vix, aut omnino nunquam inveniri possint causæ, quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione referenda existimo. Quamvis enim neque hoc inveniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus & premunit, ut tolerabilior sit conditio Iudeorum, qui etiam tempus libertatis non agnovērunt; legalibus tamen sacramentis, & non humanis præsumptionibus subiacentur.

C. XIII. ¶ Omnes provincie e eundem in psallendo modum teneant, quem metropolitana sedem habere cognoverint.

Item ex Concilio Tolerano II. c. 3.

¶ De his, qui contra Apostoli & voluntatem circumscripti concilio, ut metropolitane sedis auctoritate coacti, uniuscujusque provincie i cives, rectoresque ecclesiarum unum, eundemque in psallendo teneant modum, quem in metropolitana sede h cognoverint institutum; nec aliqua diversitate cuiusque ordinis, vel officii à metropolitana se patiantur se disjungi. Sic enim iustum est, ut inde uniuscujusque sumat regulas magistrarii, unde honoris consecrationem accipit, ut iuxta majorum decreta, sedes, quæ unicuique sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticae magistra rationis. Abbatis sane, indultis officis, quæ iuxta voluntatem sui episcopi regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica, id est, vespere, matutinum, five missam aliter, quam in principali ecclesia, celebrare non liceat. Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione privatus apud metropolitano sub poenitentia censura permanere corrigendus; quatenus apud illum & præteritis transgressionibus culpam lachrymis diluat, & necessarium officiorum doctrinam studiose addicat. ¶ Sub ista ergo regula disciplina, non solum metropolitano totius suæ provincie pontifices vel sacerdotes adstringat, sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

¶ Provincie cives] In codice Lucensi per vetustis librorum Regis catholici, & in concilio impressis, in margine legitur, provincie pontifices: quæ dicto in fine huius capituli repetita, ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in concilio conciliarum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur, cives.

C. XIV. ¶ Ordo servetur in matutinis, & vespertinis officiis unus & idem.

Item ex Concilio Bracarenti I. cap. 9.

¶ Laetit & omnibus communi consensu, ut unus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur & non diversè, ac privatè, neque in mo-

a Ivo p. 4. cap. 206. Pann. d. 2. c. 168. b al. universa] orig. Ivo, Pann. c al. adeo servilibus operibus. d sacrorum] orig. c al. provinciales. f al. ecclesiam. g Epist. 4. h al. ecclesia. i Sententia habetur etiam in Tolitano 4. c. 2. nactiorum

maiorum consuetudines cum Ecclesiastica regula sint permissa.

¶ Neque monasteriorum] In concilio ipso postremo Coena excoisi, abest vox, neque. In ceteris autem editionibus sic legitur, private monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permissa.

DISTINCTIO XIII.

¶ Item ad versus naturalem ius nulla dispensatio admittitur, nisi forte duo mala ita urgeant, ut alterum eorum necesse sit eligi.

C. I. ¶ Minus malum de duobus eligendum est.

Vide in Concilio Toletano. s. c. 2. legitur.

Dvo a mala licet sint omnino cautissime praevenda, tamen si periculi necessitas ex his unum perpetrare compulerit, id debemus resolvere, quod minori nexu noscitur obligare. c. ¶ Quid autem ex his levis quidem sit gravior, pure a rationis acumine intelligendum. Etenim dum peccare compellimus, creatorem quidem offendimus; sed nos tantummodo maculam. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contempnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illi enim duplici culpamur telo perimimus, si hic a multipliciter jugulamur.

¶ In ipsius capite multa antecedunt, & sequuntur, quae praegrandia sunt.

C. II. ¶ De eodem.

Item Gregorius in moralibus, in c. 40. Job, 122. c. 11. 29. & 20.

Neni refulcorum Leviathan b perplexi sunt; quia suggestionum i illius argumenta implicatis invenit & illigantur, ut pleorifque ita peccare faciant, quatenus si fortasse ligere peccatum appetant, hoc sine alieno peccati laqueo non evadant, & culpam faciant, dum vivunt, ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant se ligari. ¶ Quod melius offendimus, si qua ex conversatione hominum illigationis hujus exempla proferamus. l. ¶ nonnullis in interfectis. ¶ Ecce quidam, dum mundi hujus amicitias appetit, cunctis alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se iurejurando confitit. Sedis, cui juratum est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adultera occidere conetur. Is autem, qui iusjurandum praebuit, ad mentem revertitur, & diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silentio a adulteri simul & homicidii participes fiat, & proderet trepidat, ne ream se perjuri obstruat. Perplexus ergo testiculorum nervis ligatus est; quia in quamlibet partem declinet, metuit ne a transgressionis contagione liber non sit. ¶ Alius cuncta, quae mundi sunt, deferens, alieno se frangere proprias voluntates querens, sibi apud Deum praesse debet, minus cauta inquisitione discernit, cui fortasse is, qui sine iudicio legitur, cum praesse iam coeperit, agere a quae Dei sunt, prohibet; quae mundi sunt, jubet. Pensans itaque subditus, vel quae sit culpa inobedientiae, vel quod contagium secularis vitae, & obedire trepidat, & non obedire formidat; ne aut obediens, Deum in suis praecceptis, deserat, aut rursus non obediens, Deum in electo priore.

a In p. 2. c. 1. Pa. m. l. c. 119. b al. sentare. c al. temperare, c. obliqua. d orig. lvo, Pan. & Gra. d al. pae. e al. pio. f al. pietati. g al. lvo. h ibi. i. al. per. j. suggestione. k al. i. c. v. c. 119. l. orig. m. l. v. c. 119. n. al. silendo. o 49. orig.

contemnat, & infra. ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiasticum negligens, ad locum regiminis praemis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus meritoribus afficitur, quam honoribus gaudet, dum cor tribulatione se ad laborem cum culpa pervenisse, & quam sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fractus a difficultate cognoscit. Reum igitur se cum impensis praemis agnoscens, vult adepta sublimitatis locum deserere, sed timet, ne gravior delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisset, vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiae b empta possidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut suscepti semel grex relinquatur, aut rursus sacra actio seculariter empta teneatur. Undique metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut sians in empto regimine non digne, lugeat, quod non etiam deserens i emendat, aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destituitio committat, & infra.

2. pars. ¶ Est tamen quoad destruendas Beemoth c veritas subtiliter a fiat, ut dum mens inter minoram, & maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia & qui murorum undique ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam praecipitat, ubi brevior murus invenitur. Hinc Paulus, cum quosdam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut majora declinarent, dicens: [Propter fornicationem autem uniusquisque uxorem suam habeat.] Et quia tunc solum conjuges in admittione sine culpa sunt, cum non pro expleta libidine, sed pro suscipienda prole miscentur, ut hoc etiam, quod concesserat, sine culpa (quamvis minima) non esse monstraret, illico adiunxit [Hoc si autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non praecipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgeri praevitit. Sed cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subditur, ne in magnis sine venia peccemus. ¶ Itaque plerumque nervorum Beemoth istius perplexitas solvitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

1. ¶ Emendat] Hoc loco in originali videtur constructio verborum perturbata & restituenda ex Gratiano.

DISTINCTIO XIV.

¶ Eriam hoc in una eademque persona intelligitur. Ceterum an in diversis eadem dispensatio locum habeat, videlicet ut committamus minora, ne alii gravioribus implicemur, merito queritur.

C. I. ¶ Non sunt a nobis aliqua committenda delicta, ne alii graviora committamus.

De his ita scribit August. lib. Quarta super Gen. cap. 42.

¶ Quod g ait Sodomitis Loth b [Sunt mihi dua filiae, quae nondum noverunt viros: producere illas ad vos, utrumvis illis quomodo placuerit vobis: tantum in viros istos ne faciatis iniquum:] quoniam prosternere volebat filias suas hac compensatione, ut viri hospites ejus nihil a Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius gravior malum faciat, an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito queritur. Et nimirum periculosissimè

a fructus] orig. b al. gregii. c Ibid. cap. 20. d u. r. l. orig. ut infra. e 1. cor. 7. f Ibid. 6. g 1. cor. p. 9. cap. 119. h Gen. 19.



admittitur hæc compensatio. Si autem perturbationi humana tribuitur, & menti tanto malo permota, nullo modo imitanda est.

2. ps. *Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnunquam relaxatur.*

C. II. ¶ *Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non.*

Unde Leo Papa ait ad Rufinicum Narbonensem episcop. epist. 90. ante cap. 7.

Sicut a quædam sunt, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatis oporteat temperari: illa consideratione b semper servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniantur adversum.

DISTINCTIO. XV.

1. *Veniã de iure naturali, & constitutione, vel consuetudine hætenus differimus, differentiam, qua invicem discernimus, assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones styliã vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possimus, breviter assignantes.*

C. I. ¶ *Quo tempore caperint canones generalium conciliorum.*

Canones e generalium conciliorum (ut Iidorus ait lib. 7. etymol. c. 16.) à temporibus Constantini ceperunt. In precedentibus namque annis persecutione fervente, docendarum plebium minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diversas hæreses scissã est: quia non erat licentia episcopis in unum conveniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis liberè congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarum convenientes, juxta fidem Evangelicam & Apostolicam, secundum post Apostolos symbolum tradiderunt. ¶ Inter cætera autem concilia, quatuor æscimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviii. episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Ariana perfidia condemnata blasphemia, quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserbat, consubstantialiæ Deo patri Deum filium, eadem sancta synodus per symbolum definiit. ¶ Secunda synodus cl. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli congregata est, quæ Macedonium, Spiritum sanctum Deum esse negantem, condemnans, consubstantialiæ patri & filio Spiritum sanctum demonstravit, dans symboli formam, quam tota Græcorum, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. ¶ Tertia synodus Ephesina: prima cc. episcoporum sub juniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestorium, duas personas in Christo asserentem, juxta anathemate condemnavit, ostendens manere, i in duabus naturis unam Domini nostri IESU Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonenfis dccc. sacerdotum sub Martino principe habita est, in qua Eutychem unam naturam pronunciantem, & ejus defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rufus Nestorium cum reliquis hæreticis una Patrum sententia damnavit, prædicans eadem synodus Christum Dominum de Virgine sic natum, ut in eo substantiam divinam, & humanam contineatur naturam. ¶ Hæc sunt quatuor synodi. principales, fidei do-

a *Pann. in prologo. c. 11. Ordo verborum non restitutus ob gl. b. conditione] orig. c. Pann. l. 2. c. 104.*

ctinam plenissimè prædicantes. Sed & si qua sunt concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem, omni manent fidei vigore: quorum gesta in hoc opere conferta continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cætus. Concilii 2. verò nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim in quo cause agebantur, conveniebant omnes in unum, & communice intentione tractabant. Unde concilium à communia intentione didum: quasi consilium; consilium, quasi confidium, d. in l. literam transeunte; vel concilium didum est à communi intentione: eò quod in unum dirigant omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: unde qui fibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non consentiunt in unum. Cætus verò conventus est, vel congregatio, à cõsũdo, id est, à conveniendo in unum. Hinc etiam conventus est nuncupatus, eò quod ibi homines conveniunt in unum: sicut à conventu cætus dicitur, sic & concilium à societate multorum in unum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Deminiense: in quo rursus usque ad versiculum, Inter cætera, ponitur etiam (quemadmodum & in alio) ante initium concilii Nicæni.*

2. ¶ *Manere] In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impressis, legitur, ut est emendatum. Sed in aliis eorundem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur, manere in Christo duas naturas, & unam Domini nostri lesu Christi personam.*

2. ¶ *Concilii verò] Apud Iidorum in lib. Etyml. locus hic mendose legitur. Verum in præfatione ejusdem Isidori editiã Parisiensis conciliorum præfatione, quæ cum aliis quibusdam collata est, sic legitur. Concilii verò nomen tractum ex communi intentione, eò quod in unum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt: unde & qui fibimet dissentiant, non agunt concilium, quia non sentiunt unum. Cætus verò conventus est, vel congregatio, à cõsũdo, id est, conveniendo in unum: unde & conventus nuncupatus, quod ibi homines conveniant. Sicut conventus, cætus, vel concilium à societate dicitur multorum in unum. In Gratiani codicibus sunt multe varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quæ visa est melior, quamvis adhuc aliquid fortasse desideretur.*

C. II. ¶ *De auctoritate quatuor conciliorum.*

De quatuor vero a concilio scribit B. Gte gorius, ita dicens. lib. 1. Registi, Epist. 24.

Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor; Nicænum, scilicet, in quo perversum Arianum dogma destruitur; Constantinopolitanum quoque: in quo Eutonomii & Macedonii error convincitur; Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas judicatur; Chalcedonenfe verò, in quo Eutychem, Dioscorique pravitas reprobat, tota devotione complector, integerrima approbatione, custodia: quia in his velut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura confurgit, & cuiuslibet vitæ, atque actionis norma consistit. ¶ Quintum quoque concilium pariter venero, in quo epistola, quæ hæc dicitur, erroris plena reprobat; in quo Theodorus personam mediatoris, Dei & hominum in duabus substantiis separans, ad impietatis perfidiam occidisse convincitur, & in quo scripta quoque Theodori, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, a usu dementia prolata restantur. Cunctas verò, quas præfata veneranda concilia personas respiciunt, respuo; quas venerantur ample-

a. al. quoque.

tor: quia, dum universalis sunt consensu constituta, se, & non illa defruit, quisquis praesumat aut solvere, quos a religione aut a ligare, quos solvunt.

¶ Cuius libri? Apud B. Gregorium legitur: Et cuiuslibet vitæ, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet. Quintum, &c. & in sequentibus significatur via illa capitula, quarum occasione nonnulli quantam synodum recipiant.

¶ Que c. concilia sancta Romana ecclesia suscipiat.

C. III. ¶ De istis etiam Gelasius in concilio habito Roma cum 70. episcopis scribit, dicens.

¶ Antea d. Romana ecclesia post illas veteris testamenti & novi scripturas, quas regulariter suscipit, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicenam cccviii. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodoro seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debita damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Pape Celestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Mariano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychniana hæreses simul cum Diotroco, ejusque complicitibus damnate sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hæc tenentur, post eorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Item nunc suscipiendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasii Alexandrinæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii Nazianzenensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilii Cappadocicæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrinæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarii Pictaviensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Properi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Pape ad Flavianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cujus textum quisquam si usque ad unum jota distulerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit, anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorum, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consensu deviarunt, nec ab ejus fidei & prædicatione se juncti sunt, sed communionis ipsius gratia Dei, usque ad ultimum diem vitæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Pape diversis temporibus ab urbe Romana, pro diversorum Patrum consultatione, dederunt, venerabiliter suscipiende sunt. ¶ Item gesta & sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphantissimæ. Quis ita h. esse catholicorum dubitet, & majora eos in agonibus fuisse perpassos, nec suis virtutibus, sed gratia Dei, & adiutorio universa tolerasset? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari casu in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia & eorum, qui conscripserunt, nomina penitus ignoran-

tur, & ab infidelibus, aut idiotis & superflua aut minus apta, quam rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut ejusdem Quirici, b. & Iulite: sicut Gregorii, aliorumque hujusmodi passionem, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, ut dictum est, ne vel levis subfannandi orietur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes martyres, & eorum gloriosos agones, qui Deo magis, quam hominibus noti sunt, omni devotione veneramus. ¶ Item vitæ Patrum, Pauli, Antonii, Hilari, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Sylvestri, Apostolicæ sedis præfulis, licet ejus, qui conscripsit nomen ignoremus, à multis tamen in urbe Roma catholicis legi cognovimus, & pro antiquo usu multa hœc imitantur ecclesia. ¶ Item scripta de inventione S. Crucis Dominicæ, & alia scripta de inventione capitis beati Ioan. Baptistæ, novellæ quidem & revelationes sunt, & nonnulli cas catholici legunt. Sed cum hæc ad catholicorum manus pervenerint, beati Pauli d. Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bipartem est, tenete.] ¶ Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ prædictam beatum Hieronymum sentire cognovimus: & non solum de Rufino, sed etiam de universis, quos vir sapiens memoratus zelo Dei, & fidei religione f. reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicon g. Eusebii Cæsariensis, atque ejusdem historici ecclesiastici libros, quavis in primo narrationis suæ libro reperit, & postea in laudibus, atque excolatione Origenis schismatici unum conscripserit librum: propter eorum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, usqueque non dicimus renuendos. ¶ Item Orofium vitæ eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessarium adversus Paganorum calumnias ordinavit historiam, miraque brevitate contextit. ¶ Item venerabilis viri Sedulii paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus. ¶ Item Iuvenaci s. nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

¶ Ceterum, quæ ab hæreticis, sive schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus i. pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantino Cæsare, Constantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto, ex tunc & nunc, & usque in æternum consecutus esse damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, lib. 8. k. apocryphum: Actus nomine Andree Apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri Apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ Apostoli, apocryphi. Evangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Evangelium nomine Thomæ Apostoli, quo utuntur Mânichæi, apocryphum. Evangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Evangelium nomine Bartholomæi Apostoli, apocryphum. Evangelium nomine Andree Apostoli, apocryphum.

a. al. ligare. b. al. religare. c. al. Quas scripturas. d. Burch. l. 1. cap. 10. p. 4. cap. 64. Passor. l. 2. cap. 92. Polyc. lib. 1. n. 22. e. al. pater. f. Anst. l. 6. cap. 133. g. fide, vel pro. i. casu. h. Burch. Nicolaus in epistola impressa ad episcopos Galie, cujus incipit. [Quomodo.] h. al. ista.

a. al. dictu. b. al. Cyrici. c. quadam relatione. orig. d. i. Thessal. 5. e. al. diversi. orig. f. al. religiosi. g. al. Chronica. orig. h. al. presertim. orig. i. Burch. l. 3. cap. 221. Ivo part. 4. cap. 69. Passor. lib. 2. cap. 123. k. de eem. orig.

Evangelia, quæ falsavit Lucianus, apocrypha. Evangelia quæ falsavit Hyrcius, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris, apocryphus. Liber de matritate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obfetrice Saluatoris, apocryphus. Liber qui appellatur Pafiois, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticus b discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur, fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur, thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur, de filiabus Adæ, vel de Geneſe, apocryphus. Centimeterum de Christo Virgilianis compaginatum verſibus, apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli Apoftoli, apocryphus. Liber, qui appellatur, Nepotis, apocryphus. Liber proverbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus, & sancti Xiſti d nomine ſignatus eſt, apocryphus. Revelatio, quæ appellatur Pauli Apoftoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Thomæ Apoftoli, apocrypha. Revelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur tranſitus de ſancta Maria, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentiæ Adæ, apocryphus. Liber Ogæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone poſt diluvium pugnaſe perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur reſtauramentum Iacob ſi, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentiæ Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentiæ ſancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur penitentiæ Iamnis, & Mambra, apocryphus. Liber, qui appellatur, fortes Apoftolorum, apocryphus. Liber Luſanæ g, apocryphus. Liber canonum Apoftolorum apocryphus. Liber Phyſiologos, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & B. Ambroſii nomine præſignatus, apocryphus. Hiſtoria Eufebii Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani h, ſive Africani, apocrypha. Opuscula Poſthumani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Prifcille, & Maximille, apocrypha. Opuscula omnia Fauſti Manichæi, apocrypha i. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha k. Opuscula Victorini Niſiaviensis l, apocrypha. Opuscula Fauſti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumenti m, apocrypha. Epiftola IESV ad Agbarum regem, apocrypha. Paſſio Georgii, apocrypha. Paſſio Cyrici, & Iulite, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, contra diſtictio Salomonis, apocrypha. Phylacteria omnia, quæ non Angelorum, ut illi conſingunt, ſed demonum magis artibus conſcripta ſunt, apocrypha. ¶ Hac, & omnia his ſimilia, quæ Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus etiam Samofatenus, Photinus, & Bonofus, & qui ſimili errore defecerunt, Montanus quoque cum ſuis obſceniffimis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus ſive Manichæus, Fauſtus n, Sabellius, Arius, Macedonius, Novatus, Sabbatius, Caleſtius o, Donatus, Euſtathius, Iovinianus, Pelagius, Iulianus, & p Latinenſis, Caleſtius, Maximinus, Prifcianus q ab Hiſpania, Lampedius, Dioſcorus, Eutycheſ, Petrus, & alius Petrus, è quibus unus Alexandriam, alius Antiochiam maculavit, Acacius Conſtantinopolitanus, cum confortibus ſuis, nec non & omnes hæreſes r, quas

ipſi, eorumque diſcipuli, ſive ſchiſmatici docuerunt, vel conſcripſerunt, quorum nomina minime retinentur, non ſolum repudiata, verum etiam ab omni Romana, & Apoſtolica eccleſia eliminata, atque cum ſuis autoribus, auctorumque ſequacibus ſub anathematis indiſſolubili vinculo in æternum conſecratur eſſe damnata. ¶ Cæterum, ſi, qui libri in eccleſiaſticis officiis per annu circulum à nonnullis legantur (quod ritum illum Apoſtolica non reprobat, ſed ſequitur eccleſia) pro fidelium adificatione adnotandum cenſuimus. Quidam, quod in Septuageſima ponunt Pentateuchum 6 ulq; in xv, diem ante paſcha, xv, die ponunt Hieremiam uſque in cenam Domini. In cena Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremix a [Quomodo ſedit ſola creata, &c.] & tres de tractatu ſancti Auguſtini 7, in Pfalm. 14. [Exaudi Deus orationem meam, & ne deſſeris.] & tres de Apoſtolo, ubi ait in epiftola ad Corinthios: [Conuentionibus b vobis in unum.] Secunda lectio ſic incipit, [Similiter & calicem poſtquam canauit.] Tertia, [De ſpiritalibus autem c nobis vos ignorare fratres.] In Paſche tres lectiones de lamentatione Hieremix, & tres de tractatu ſancti Auguſtini in Pfalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo; ubi ait in epiftola ad Hebræos d, [Folliculus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnia nomen quoque pontifex. e.] Tertia, [De quo grandis nobis ſeruo.] In ſabbato ſancto tres lectiones de lamentatione Hieremix Prophete, tres de tractatu ſancti Auguſtini in eundem Pfalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apoſtolo, ubi ait in epiftola ad Hebræos, [Chriſtus ſi aſſiſtens pontifex futurum honorum.] Secunda lectio, [Vos enim reſtauratum eſt.] Tertia [Umbræ enim g habens lex futurum honorum.] In Paſcha Domini homilia ad ipſum diem pertinentes, infra hebdomadam homiliaſ. In octavis 8 Paſche ponunt actus Apoftolorum, & epiftola canonica, & Apocalypſin ulque in octavas 9 Pentecoſtes. In octavis Pentecoſtes ponunt libros Regum, & Paralipomenon uſque in Calendas Auguſti. In Dominica prima menſis Auguſti ponunt Salomonem uſque in Calendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Iob, Tobiam h, Heſter, Eſdram uſque in Calendas Octobris. In Dominica prima menſis Octobris ponunt librum Machabæorum uſque in Calendas Novembris. In Dominica prima menſis Novembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas uſque in Calendas Decembris. In Dominica prima menſis Decembris ponunt Eſaiam prophetam uſque ad m Natiuitatem Domini. In Natali n Domini legunt primum de Eſaiâ tres lectiones. Prima lectio, [Primo o tempore alleviata eſt terra Zabulon, &c.] Secunda, [Conſolamini p, conſolamini.] Tertia, [Conſurge q, conſurge.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliae ad ipſum diem pertinentes. In natali ſancti Stephani homilia de ipſo die. In natali ſancti Ioannis ſimiliter. In natali Innocentium ſimiliter. In natali ſancti Sylveſtri ſimiliter. In octava natalis Domini homilia de ipſo die. Dominica prima poſt Natiuitatem Domini ponunt epiftolas Pauli uſque in Septuageſimam. In Epiphania lectiones tres de Eſaiâ. Prima lectio incipit, [Omnes, r ſcientes.] Secunda, [Surgit s, illuminare Hieruſalem.] Tertia, [Gaudens t gaudens in Domino.] Deinde leguntur ſermones, vel homiliae ad ipſum diem pertinentes.

a al. Eſtrius.] al. Heſychius. b al. Lenticus.] al. Lenticus. c abſt ab orig. d al. Sixti. e tranſitus, id eſt, aſſumptio.] orig. f al. Iob.] orig. g qui appellatur, laus Apoftolorum.] orig. h Tertulliani apocrypha. Opuscula Laſtantii, apocrypha. Opuscula Africani, apocrypha.] orig. i Opuscula Commodiani, apocrypha.] orig. k Opuscula Tacti, Cypriani, apocrypha. Opuscula Armelii, apocrypha. Opuscula Iyconii, apocrypha.] orig. l al. Pitabionenſis. m al. Frumenti cæci.] orig. n Africani.] orig. o al. Calixtus. p Iulianus Calanenſis, Caleſtius nu, &c.] orig. q orig.] Prifcillianus ab Hiſpania, Neſtarius Conſtantinopolitanus, Maximus, Unicus, Lampetius. r hæretici, eorumque diſcipuli.] orig. Burch. lib. 3. c. 222. Pro part. 4. cap. 63. Pannorm. lib. 2. cap. 90.

a Thren. 1. b i. Corin. 11. c i. Corin. 10. d Hebr. 4. e Hebr. 5. f Hebr. 9. g Hebr. 10. h al. octava. i al. octavam. k Iudith, Heſter.] Ivo 1 libri.] Ivo m aliter in naturalem. n alter in vigilia natalis Domini.] Burchard. & Ivo. & ordo Romanus. o Eſa. 9. p Eſa. 40. q Eſa. 12. r Eſa. 15. s Eſa. 60. t Eſa. 61. ¶ Mandat.



1 ¶ Mandamus ¶ Poff hoc verbum in Decreto Gelafii sequitur continetur: Item opuscula beati Cypriani, &c. Sed Barchardus, & Ivo, & Pannormia ut Gratianus. Ac certe in toto hoc capite ut modis discrepant collectiones ab originali, ut iam certo facta non possit, que vera & pura sit Gelafii lectio, nec magno opere fieri merendum, si simul illa sint, que difficultatem faciunt. Quare obrem que acculis codicibus emendari poterant, ea sunt emendata: cetera loca partim indicata videretis, partim, quoniam omnes in dicitur in scriptum fuisse, labor hic ad libros adveniendi accuratior lectori est relictus.

2 ¶ Item gesta ¶ Hinc usque ad finem capituli omnia absunt a pluribus vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotavit. Sunt tamen eisdem Gelafii usque ad versicul. Ceterum qui libri, & apud Barchardum, & Ivo nem referuntur proxime post suspensa.

3 ¶ Iuvenii ¶ Antea legebatur, Item Vincentii, restituta est vera lectio ex Gelafio, Barchardo, & Ivo. De quo Iuvenio meminit B. Hieronymus in Catalogo.

4 ¶ De sancta Maria ¶ In collectione Isidori legitur, & de Maria, & de obsterice. Apud Barchardum, & de Maria, vel de Obsterice Salvatoris.

5 ¶ Ceterum ¶ Hinc usque ad finem, neque in collectione Isidori, neque in ulla veteri codice Gratiani eorum, que collata sunt invenitur. A verbo tamen, in Septuaginta ponunt, referuntur a Barchardo, & Ivo sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelafio cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.

6 ¶ Pentateuchum ¶ Apud Ivo nem legitur, Heptateuchum, ut ultra quinque libros comprehendat librum Iosue, & Iudicum, que vix, ac librum computatione Beatus Hieronymus ad Lucianum scribitur. Alii vero Heptateuchum appellant, ut sanctus Gregorius libro 7. in d. 2. epist. 48. & libro 10. epist. 22. & alibi, & Barchardus in prefatione in Hieroniam, & ordo Romanus, cap. de Septuaginta.

7 ¶ In Psalmum 54. ¶ sic etiam apud Ivo nem. In ordine Romanus, cap. de officio dicitur a cena Domini usque in octavas Pentecostes, & apud Barchardum legitur, in Psalmum 63. id est, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. Item, in cap. de ordine in nocte Parasceves, Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmis 63.

8 ¶ In octavis ¶ Ipsam diem octavam festam fuisse profertur nomine multitudine, id est octavas, notabitur infra de consecratione, dist. c. pronuntiandum.

9 ¶ In natali Domini ¶ Barchardus, & Ivo habent in vigilia natalis Domini, & ita in ordine Romano, cap. quod in festis, in Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur. Pannormia autem habet ut Gratianus.

DISTINCTIO XVI

1 ¶ Apostolorum vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translatis sunt 1. quinquaginta.

2 ¶ Translati ¶ In titulo qui proponitur canonicis Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papa 1111. (Cuius regnum patre Deus sedet, Cardinalis in sua canonum collectione) pro voce, translatis, habetur, prolatis. Dionysius autem Exiguus nullam huius versum mentionem facit, & obsequitur sicut epistolam Clementis hoc modo citare, ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis. ut auctor Episcopus, & alii.

C. I. ¶ Apostolorum canones Apostolorum dicuntur auctoritate.

Hi non recipiendus, sed inter apocrypha deputatus. Isidorus scribit dicitur.

Canones 1 qui dicuntur Apostolorum, seu quia eisdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum praberunt, pro eo quod ab hereticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur, quamvis in eis utilia inveniantur, tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta confat esse remota, atque inter apocrypha deputata.

1 ¶ Caput hoc est in prefatione Isidori ad collectionem conciliorum, que ex bibliotheca ecclesie Tolerana descripta Romano missa est. Nam in illa que vulgata Isidori collectioni, de qua imitatio dicitur est; proponitur, contrarium patris videtur dici, & refertur infra. c. Placuit. hanc ad. dist. si modo idem est Isidorus.

C. II. ¶ Apostolorum canones sunt recipiendi.

Zepherinus autem eorum scribit episcopus per Scythiam constitutus, epist. 11.

Sexaginta 1 sententias a Apostoli prescripserunt, cum aliis plurimis episcopis, & servandas censuerunt.

1 ¶ Sexaginta ¶ Ivo etiam, & auctor Pannormia habent. Sexaginta. Item, originale in margine. Sed in textu, Septuaginta. Polycarpus, Quinquaginta.

C. III. ¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur.

Item Leo 1 Papa novus contra epistolam Nicetam ablati.

Clementis e librum, id est, Petri Apostoli itinerarium, & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis quinquaginta capitulis, que decreverunt orthodoxe fidei adiungenda.

1 ¶ Item Leo ¶ Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis non ad libellum Nicetam presbyteri, & Menachii contra Latinos ditum, que Roma in monasterio sancte Marie verus, & in multis bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potius citari Leo 1x, quod eius auctoritate & iussione Humbertus legatus sancti Apostolice ea scripserit.

C. IIII. ¶ Item vi. synodus, cap. 2.

Placuit e huic sancte synodo, ut amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum 83. capitula.

Epistola 1 Isidori in capite canonum.

Isidorus 2 servus Christi, lectori suo confervo. ¶ Propter eorum auctoritatem ceteris conciliis proponimus canones qui dicuntur Apostolorum, licet a quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roboraverunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. Item infra f. Primò quidem ordo, ut prædictum est, de celebrando concilio insertus habetur, & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum Apostolicorum (id est, a sancto Clemente usque ad sanctum Sylvestrum) decretorum, atque diversorum conciliorum breviarum interponitur, sequens ordinem suum.

1 ¶ Epistola ¶ Hæc epistola ab Ivo ne vocatur prefatio in opus canonum, & est ea, que Isidori nomine est præposita totius conciliorum, licet in mensiore editione, in qua prior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem conscriptum hoc caput ex duobus locis illius prefationis. Nam verba illis Propter eorum auctoritatem, & cap. usque ad vers. constitutiones, non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.

2 ¶ Isidorus servus ¶ In Pannormia est eodem modo

a Ivo part. 4. cap. 107. Pannorm. lib. 2. cap. 205. Polyc. l. 3. tit. 20.
b ad. præfixerunt. orig. c Ivo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. cap. 124.
d al. regibus orthodoxis al. regibus orthodoxia. Ivo p. 4. c. 106. Pannorm. l. 2. c. 115. f. Ivo par. 4. c. 104. Pannorm. l. 2. c. 125.

atque apud Gratianum. Apud Ivonem, & in manuscriptis collectionibus illius codicibus est. Iidorus Mercator servus Christi confervo suo, & parenti fidei a in Domino salutem. In vulgatis autem concilionibus editionibus, Iidorus peccator, servus, &c.

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta actio universalis concilii profectante Romani Pontificis sint reprobata, in sexta b autem synodo, sive in septimo concilio, Apostolorum canones sint reprobati: patet, quod non sunt inter apocrypha deputandi.

C. V. ¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur.

Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarcha. Sextam i synodum e sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

¶ Sextam] Habetur in secunda actione septime synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodice epistola ad Tharasio verba. Et hic Gratianus non refert propria eius epistola verba. In versione enim Anastasia Bibliothecarii legitur. Invenimus autem in praedicta synodice epistola sanctitatis vestre, post plenitudinem fidei & confessionem sacri symboli, & omnium sanctorum sex synodorum, & de factis & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & eisdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quae iure, ac divinitus ab ipsis promulgatae sunt. Et haec quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasio epistola: quod ex concilio Graeco, & nova interpretatione clare apparet.

Sed diluatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sexta a synodi facili absolvitur.

¶ Sexta] In secundo & tertio Vaticano est, sexta, aliis septima, & vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.

C. VI. ¶ Sexta synodus canones conscripsit.

Ait enim Petrus episcopus Nicomediae.

Habeo i librum d continentem canones sanctae sextae synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes: numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant unam operationem; & unam voluntatem esse in Christo, in qua sancti Patres illos, ut haereticos anathematizaverunt, & orthodoxam fidem explanaverunt.

¶ ps ¶ Et soluta synodus est Constantini 14. anno. Post quatuor vero, aut quinque annos iidem sancti Patres congregati sunt, sub Iustiniano filio Constantini, & praedictos canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, iidem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim ut synodus universalis canones ecclesiasticos promulgaret. Item. e. ¶ Sancta sexta synodus post promulgata ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino imperatore, qui eam congregaverat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem sancta synodus divinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero 102. ad correctionem ecclesiae promulgavit.

¶ Habeo librum] Verba sunt Petri episcopi Nicomediae, ac Tharasio patriarcha Constantinopolitani, actione quarta, septima synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmetri

a al. fidei. b al. septima synodo, sive concilio] al. sexta synodo, sive in sacro concilio. c Ivo part. 4. cap. 122. d Ex actione quarta septima synodi. Ivo part. 4. cap. 121. e Ex sexta actione septima synodi.

secundo anno sine revocatione ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasio apparet, eos canones non esse proprios sextae synodi: quis fatetur post annos quatuor, aut quinque, quam ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos, quo tempore certissimum est, neque eandem Romanam Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquam in hac ratione temporis, potius credendum est diligentibus chronologo Theophani, (cujus etiam verba quae ad hunc locum pertinent ex originali Graeco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum, libro de 6. 7. & 8. synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quam Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque ut Tharasio, sed viginti septem annos a fine sextae synodi tempore Agathoni habita, usque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem afferunt intercessisse. Episcopus vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tanquam canones sextae synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo desisse, ipsamet illorum ad imperatorem ablatum restatur. Itaque nova dicenda est haec episcoporum actio, videlicet Graeci illam, ut scribit Balsamon in eo loco, ad est, quanta sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo veri rationes ecclesiasticarum peritissimi, Anastasio Bibliothecario, & Honorato Leonis ix. Legatus aperte restantur. Honoratus quidem his verbis. Non autem miror, si Agathonis Papae, & sanctis Patribus sextae synodi vestra impetitis deliramenta, & quae aut corruptissimas, ut finitissimas capitula: cum & ipsi Domino IESU, & Apostolis eius impetitis signata. Vnde facientes sextam synodum, ad destruendam haereseon Graecorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas constitutiones congregatam, capitula, quae nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus, quia prima & Apostolica sedes, nec aliquando ea accepit, nec obsecrat, haecenus. Anastasius vero in praefatione in septimam synodum ad Iohannem ix. Romanum Pontificem ita scripsit: Ergo regulas quae Graeci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principaliter sedes admittit, ut nullatenus ex his illa recipiantur, quae prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inventiuntur adversa: quamvis omnes haecenus ex toto maneat apud Latinos incognita, quia nec interpretata. Sed nec in ceterarum Patriarchalium sedium, licet Graeca utantur lingua, reperiuntur archivi: nimirum, quia nulla earum, cum ederetur, aut promulgaretur, aut consentiens, aut saltem praesens inventa est. Quamquam eosdem Patres illas Graecae promulgasse perhibent, qui in sexta synodo sunt inventi: sed nullis certe probare possunt indicis.

Ex his ergo colligitur, quod sexta synodus haec congregata est; primo sub Constantino, & nullis canonibus conscripsit: secundo sub Iustiniano filio eius, & praefatos canones promulgavit.

C. VII. ¶ Constitutiones synodi sextae,

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati, dixerunt.

¶ Quoniam i sanctae a, & universales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre tuo Augusto 2. de mysterio fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceterae quatuor universales synodi; propterea nos convenientes in hanc Imperialem urbem, sacros canones conscripsimus. Item. b ¶ Placuit huic sanctae synodo, ut amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. ca-

a Ivo, septimam vocat, Ivo part. 4. cap. 117. b In ratione allocutoria Patrum, qui in Trullo conveniunt, ad Iustinianum Imperatorem, c. 3. eius synodi. ssp. ca. c. placuit. Ivo, part. 4. lib. Ivo, part. 4. c. 134. Pann. l. 2. c. 117.

pitula,

Theodorum Mopsuestenum, & omnes hereticos, qui Theodorus dicebat, aliud esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacram Virginitatem Mariam negabat. Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Viginti Papae Romani, Domini b. Antiocheni, I. Eulichii Constantinopolitani, qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. ¶ Sexta in Constantinopoli 150. Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius, qui unam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspitione asserabant; temporibus Constantini principis, Agathonis Papae Romani, Georgii Constantinopolitani; qui condemnata heresi praefata, anathematizando scripserunt novem 4. capitula inferius annexa.

1. ¶ Prima] Caput hoc invenitur & in recentioribus editionibus conciliorum & in vestigiis Colonienfibus, Anno M. D. XXX. & in manuscriptorum collectione, quam distans est assertari in bibliotheca Vaticana; sed non in collectione, quae est in bibliotheca monasterii Dominicianorum. Ponitur autem ante praefationem, quae nomen Ispidori, mercatoris quidem in manuscriptorum, peccatoris autem in impressis praefert. Et sane in illa praefatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit, sexta vero post Ispidori Eliphalensis aetate est habita.

2. ¶ Alexandri] Apud Anselmum est ut apud Gratianum. In originali, Alexandri Constantinopolitani. Sed integra videtur lectio, si utraque coniungatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriae, tempore illius Synodi, Alexandri nomine vocabantur.

3. ¶ Nectarii] Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum, Nectarii Alexandrini. Emendationem est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio haec est, Nectarii Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

4. ¶ Novem] In loco citato ex collectione Ispidori legitur, scripserunt octo capitula, & verba illa, inferius annexa, ubi non habentur. In concilio deinde Colonia impresso post attentionem sexta synodi ex vestigiis codicis monasterii S. Bavonis, restituntur novem capitula, & ante primum capitulum sunt haec verba, scripserunt novem capitula inferius annexa, quae apud Anselmum quoque habentur.

C. e. XI.

Prima r adnotatio Ancyranae synodi, quae ante Nicenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem majorem postponitur; in qua Patres xviii. statuerunt canones xxiiii. d. quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocaesariensis, quae post Ancyranam, & ante Nicenam 2 legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiiii. e. quorum auctor maximè Vitalis episcopus Salaminus f extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quae post Nicenam legitur fuisse, in qua Patres xvii. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas; maximè contra Eustathium: qui dicebat, quòd nullus in conjugali ordine positus, nec illius fidelis, qui non omnibus renunciat, quae possideret; spem apud Dominum haberet, & multa alia venenosa, quae enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicenis, in qua Patres sexaginta 3 statuerunt canones xxi. quorum auctor maximè Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius 4. Beneventanus, & Clepodius Neapolitanus sanctae Romanae ecclesiae legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. g statuerunt canones xxv. quorum maximè auctor Euse-

a al. aliam Deum esse verbum, & aliam Christum. b al. Domini. c Deusedin, Cardinalis, Anselmus in prolog. Ante eandem Ispidori collectionem. d in Graco vulgato, & apud Balsamonem sunt xxxv. e alidem sunt xv. f al. Zelamianus. g al. xxx.

bis Palaeftinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicenis, in qua Patres xxxii. statuerunt canones lxi. quorum auctor maximè Theodolus episcopus extitit. ¶ Septima 5. Carthagenensis in qua Patres cxvii. a statuerunt canones xxxiii. quorum auctor maximè Aurelius Carthagenensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hypponenfis episcopus in eadem synodo legitur fuisse, temporibus Honorii Augusti. ¶ Octava Africana sub Theodosio minore Augusto: in qua Patres ccxvii. recitaverunt, & firmaverunt canones cy. qui per diversa concilia Africanae provinciae temporibus Aurelii Carthagenensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatenfis; in qua Patres cc. b statuerunt canones quatuor: quorum auctores maximè Sylvester urbis Romae episcopus, & S. Marinus Arelatenfis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatenfis, in qua Patres xlii. statuerunt canones: quorum auctor maximè S. Caesarius Arelatenfis episcopus extitit. ¶ Undecima item Arelatenfis, in qua Patres xvi. statuerunt canones: quorum maximè auctor sanctus Caesarius Arelatenfis episcopus extitit. ¶ Duodecima item Arelatenfis in Vico Hortensi c, in qua Patres xii. statuerunt canones: quorum maximè auctor sanctus Caesarius Arelatenfis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatenfis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maximè Sarpidius d Arelatenfis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xxvi. e statuerunt canones: quorum auctor maximè Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epauensis 6, in qua Patres xxvii. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maximè Caesarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. f statuerunt canones: quorum auctor maximè Caesarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima 7 Aurelianensis, in qua Patres lxx. statuerunt canones: quorum auctor maximè Aurelius Arelatenfis episcopus extitit. temporibus Clodovei Regis g. ¶ Octadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maximè Melianus Rhedonenfis episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxx. statuerunt canones, quorum auctor maximè S. Albinus Andegavenfis episcopus extitit.

¶ Vigesima Arvernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maximè Honoratus Brentensis b episcopus extitit. ¶ Vigesima prima Maticensis i, in qua Patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maximè Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesima secunda item Maticensis, in qua Patres lxxvi. statuerunt canones: quorum auctor maximè idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesima tertia Lugdunensis, in qua Patres xviii. statuerunt canones: quorum auctor maximè Philippus Viennensis episcopus extitit. ¶ Vigesima quarta item Lugdunensis, in qua Patres xx. constituerunt canones: quorum auctor maximè idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit k.

1. ¶ Prima] Major pars hujus capiti, id est, usque ad finem versiculis, Nonadecima, habetur in collectione Ispidori impressa, ante praefationem ipsius Ispidori: In Vaticana autem usque ad finem versiculi. Vigesima prima, Duodecima, & Anselmus integrum ante suas collectiones laudat. Neque vero summae hae ejusdem Ispidori esse possunt: nam neque praefationi ipsius, neque collectioni respondet: in qua, ut cetera mutantur varietates, multa referuntur con-

a al. ccxvii. b abest numerus à collectione etiam Vaticana. c al. Hortensio. d al. Sarpidius.] al. Sarpidius. e al. xxvi. f al. xxxiii. g Hactenus in collectione Ispidori impressa. h al. Brimacensis.] al. Brimacensis. i al. Maticensis. k Hactenus in collectione Ispidori Vaticana.

alia Hispania, quorum hic nulla mentio.
 2. ¶ Ante Nicenam] Sic est emendatum ex Anselmo, & Diodoro, & Vaticana collectione. Non ante legatur Anthecham. In collectione tamen Iudori impressa legitur quidem Nicenam, sed deest vox, ante. Sic autem legendum est, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quae ipsius Nocesariensis concilium antecedunt, dicitur de rebus quae in hoc concilio tractatae sunt, & de Nicena & Constantiensibus, ut est, qui canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicenis sunt, quo loco in collectione Iudori impressa mendosum est. Et hi quidem canones secundum sunt eorum, qui in Ancyra, & Caesarea expositi sunt, relictis canonibus de Caesarea, quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Hispaniarum.

3. ¶ Sexaginta] In codice canonum lx. episcopi reperuntur subscripsi: sed postea additur, & ceteri, & subscripserunt omnes episcopi diversarum provinciarum, vel civitatum, num. cxx. Socrates lib. 2. cap. 16. in eo concilio ex vicinioribus partibus episcopi circiter cxx. convenisse dicitur, ex Orientis vero lxxvi. qui eadem sessionem fecerunt. Idem Theodoretus lib. 9. cap. 12. & Theophrastus in eadem lib. 2. cap. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. convenisse. Omnia & in hiis, & Pannorum, & canonum numerus multus sunt emendata. Sed in monumentis suis viginti tantum varietates: nomenclaturae tamen diligenter sunt observatae.

4. ¶ Et Ianuarius] Anselmus habet ut Gratianus. In collectione indicata est, & Vincentius Capuanus episcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. In concilio ipsi episcopi nominantur Ianuarius episcopus. In subscriptione vero in codice canonum, non nominatur, sed tamen Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calpurnius Deputatus legatus S. R. E.

5. ¶ Septima] Hic numeratur tantummodo unica synodus Constantiensis, quae habetur in codice canonum, de qua inferius xxx. de h. c. de libelli, dicitur.

6. ¶ Epauensis] Ita emendatum est ex aliquo manuscripto, & collectione Iudori Vaticana. Nam antea legatur, & Empanensis. Verum tamen in concilio Epauensis impressi nullus Caesari nominatur: sed Aviti primus est nomen.

7. ¶ Septimadecima] Hic numerantur tria concilia Ancyranse, quorum haec in concilio ingressu indicia inventiuntur. In quinto Ancyranse, subscribitur primo loco Aurelius Ancyranus. In primo inter alios legitur nomen Melanii Relectensis. In tertio subscribitur quarto loco Alivius episcopus Ancyranensis.

C. XII. ¶ Epistola Athanasii postulantis capitula Niceni concilii. Sed quod Nicena synodus xx. canones supra statuisse dicitur, consensum videtur ei, quod in epistola Athanasii invenimus. Scribit enim Athanasius a Alexandrino episcopo Marco Papasita dicens.

Septuaginta Niceni concilii capitula quae de praetere omnium episcoporum attuli, quae sunt igne combusta, optinamus, ut a vestra sanctae sedis auctoritate percipere per praesentes legatos mereamur. Item h. Tredecim nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt, quadraginta a Graecis, Graeca edita lingua, & quadraginta a Latinis, similiter Latina edita lingua. Sed vnum est cccxviii. episcopis & Spiritu sancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apostolicae sedis Apoverfariis, ut decem capitula admaerentur

a In epistola Athanasii, & in versibus Egypti episcoporum ad Marcum Papam: sed copiosius, quam hic. Ivo p. 4. c. 108. Pann. l. 2. cap. 108. Anselm. lib. 2. cap. 108. b Videtur paulo superius. c Pann. lib. 2. cap. 108. d al. decretalia vos, & al. convenerat.

allis, atque congruis locis infererentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terrarum linguarum, septuaginta tantum, & tam excellentis concilii fierent capitula, quae omnem Christianorum informarent orbem.

¶ Septuaginta] Ex hoc Athanasii verbis constat, non omnes Nicena synodi canones, aut Graecis, aut Latinis nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victorius, & alii multi ex illa canonibus citant, qui non sunt in his viginti, quae in manibus omnium versantur. De qua re scribit Iudorus in praefatione, conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorii decimo ad Regem Armeniarum, cum concilium Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Serletus), intelligitur integrum Nicenum concilium in lingua Armeniarum eo tempore extitisse, Sic enim scribit: Quia vero multipliciter expedit, ut in eadem celebratione concilii, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attentè, quatenus integrum Nicenum concilium, & alia concilia, quae habere dicitis in Armenia litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate transmittas. Tunc quosque, & Alexandria inventi sunt octoginta canones Arabice scripti, sub nomine huius concilii, qui Romae in Arabica, & Armenica lingua scripti penes eundem Cardinalem Serletum sunt, & nuper citati in Latina lingua conversi sunt, & impressi.

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicena synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (ut Athanasius scribit) in ea statuta monstrantur? Hic ita respondetur: Capitulum Nicenae synodi quaedam in desuetudinem abierunt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

C. XIII. ¶ Niceni concilii viginti tantum capitula habentur. Vide Stephanus Papa scribit, dicens Lactantio episcopo Moguntino.

Viginti tantum capitula Nicenae synodi in sancta Romana ecclesia habentur; sed quo neglecta alia defecerint, ambiguum est. Plurimum arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta.

¶ Apud Iovem parte quarta, cap. 232. habetur magis integrum hoc caput, Capitula Niceni concilii testimonio Athanasii septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus; a quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quae sequuntur.

C. XIII. ¶ Auctoritate Apostolica Sardinense concilium recipitur. Sardinense quoque concilium auctoritate Nicolai Papae recipitur. Vide idem scribit Clero b. Constantinopolitano.

¶ Quod dicitis neque Sardinense concilium, neque de cetera alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardinense concilium, quod penes vos in vestris regionibus actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione convenit, ut hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abjiceret, & ut dignum est, non retineat.

DISTINCTIO XVII. ¶ Generata concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas ceteris praevaleat sanctorum auctoritativis supra monstratum est. Auctoritas vero congregantium conciliorum penes Apostolicam sedem est.

C. I. ¶ Absque Romani Pontificis auctoritate Synodus congregari non debet.

a Ivo par. 4. cap. 232. Pannor. lib. 2. cap. 107. b al. electo. c Habetur in epistola 6. quae prima ad Phostum est, Ivo par. 4. cap. 135. Pannor. lib. 2. c. 117. ver. quod dicitur. d al. decretalia vos, & al. convenerat.

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio 1.
Synodus a Episcoporum absque hujus sancte sedis auctoritate (quamquam quosdam Episcopos possit congregare) non potest regulariter facere. Neque a ullum Episcopum, qui hanc appellaverit Apostolicam sedem, damnare, antequam hinc sententia definitiva procedat. Nam si secularis in publicis judiciis libelli utuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hac eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est, [Ego b dixi, Dii estis.]

1 ¶ Maxentio. Antea legebatur, Maxentio Episcopo, In tomis autem conciliorum in epistola inscriptione est, ad Maxentium tyrannum, sed in principio Epistola est, Marcellus Maxentio, qua lectio vis est retinenda.
2 ¶ Neque ullum Episcopum) Hinc usque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.

C. II. ¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romana ecclesia solum non fuerit.
Item Iulius Papa primus in scripto contra orientales pro Athanasio c. xxix.

Regula e vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Romana ecclesia Legatus d' interfuit, canonibus precipientibus, sine ejus auctoritate concilia fieri non debere. Nec ullum ratum est, aut erit unquam concilium, quod non solum fuerit ejus auctoritate.

C. III. ¶ Nullus usquepote concessit Romana ecclesia.

Item Damasus Papa 1. ad Stephanum epist. 3.
Hic solum sedit f' comessa nullus usurpare sine ejus consensu praesumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, ut contemptor, judicari.

C. IIII. ¶ Absque Apostolica sedis auctoritate synodus particularem contra universalem aliquibus congregare non licet.

Item Gregorius 8 1.
Nec b licet alicui aliquando, nec licet particularem synodum a congregare: sed quoties aliqua de universali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ii, qui salutem animae suae desiderant, ad Apostolicam i sedem pro recipienda k ratione conveniant, aut si forte (sicut de talibus scriptum est m) [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.] ita obstinati, & contumaces extiterint, ut doceri non velint, eos ab iisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per seculares comprimi n potestates.

1 ¶ Gregorius] Hoc procul dubio est Pelagii, sicut ab Anselmo & Ivone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio hujus argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores Episcopi, aut quorvis alii cognoscere desiderarent, quid in aliqua universali synodo esse constitutum, & velle illos condemnandos, qui Apostolice sedis non communicant, ut 23. q. 1. c. non vos, &c. de Legationibus. Ex hoc autem capite, nec licuit, & capite, istud 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagii, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum, ad Episcopos Mauritaniam. Atque in summariis capitum distans ipse Pape.

a Ansel. lib. 2. cap. 60. Ivo part. 2. cap. 140. Polyc. lib. 1. cap. 1. tit. 13. b Palm. 21. c Ansel. lib. 2. cap. 47. Polyc. lib. 1. cap. 17. d al. legatos. e sancta. f Ansel. lib. 1. cap. 55. Polyc. lib. 1. cap. 17. g al. Pelagus Papa Valeriano Patrio. h Ivo p. 4. cap. 39. Ansel. lib. 12. cap. 43. Polyc. lib. 1. c. 14. i Apostolicae sedis. Ivo. k al. percipienda. l al. quibusdam. m Provi. 19. n al. opprimi.

qui habetur lib. 2. Registi Gregorii septimi, inter cetera hoc est, quod nulla synodus absque precepto summi Pontificis debet generalis vocari.

2 ¶ Synodum] Apud Anselmum, Ivonem, & in Polycarpo adduntur haec, ad iudicandum universalem synodum. Hoc enim est, quod prohibetur hic a Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi perturbatione adducti volebant quantum concilium recipere. (Sicut de re B. Gregorius, lib. 6. epist. 12. & alibi sap.) & particularem synodum universalem, ac solum Apostolicarum auctoritati praesentant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, sive Gregorius, ne episcopi possint diocesanas, & Metropolitanas provinciales synodos convocare, sed ne ipsa ad iudicandum universalem synodum congregent, atque ita in vtriusque emendationem.

C. V. ¶ Non est concilium, sed conventiculum, quod sine sedis Apostolicae auctoritate celebratur.

Item Pelagus Papa II. Episcopi, qui conveniant ad illicitam vocationem Iovanni Constantinopolitani, epist. 1. cap. 1.

Multis & denuo Apostolicis, & canonicis, atque ecclesiasticis instrumitur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. Quapropter, ut jam dictum est, recte non concilium, sed conventiculum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, ut nullius hortatu talia praesumat, si Apostolicae sedis communicatione carene non vultis. & infra b. ¶ Si vero in qualibet provincia ortu fuerint quae siones, & inter ipsius provinciae episcopos discrepare coepit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conveniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et sic facile, & iuste non discernuntur, ubi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iuste iudicentur. Majores vero & difficiles e quaestiones (ut sancta synodus statuit, & beata confiterendo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

C. VI. ¶ Provincialia concilia sine Romani Pontificis praesentia pondere carent.
Item Symmachus Papa.

Concilia d sacerdotum ecclesiasticis legibus quoniam decreta per provincias, quia praesentiam Papae non habent, validitatem perdidit. Legibus & iustitiam, aliquando in illis praeter Apostolicam auctoritatem aliquid constitutum, & non de maioribus negotiis ad consultationem s, si quid occurrerit, praefata sedis arbitrio fuisse servatum?

1 ¶ Perdiderunt] Hic in libello Emodi in recentioribus editionibus est nota interrogatio. Sunt enim verba vemicorum Symmachi, hoc tanquam absurdum quidpiam obijciunt. Quibus Emodius in sequentibus verbis respondet, Legite, &c.

2 ps ¶ [Hinc etiam cum auctoritas Theoderici Regis ex diversis provinciis ad urbem Romam sacerdotes convocare praecipisset, ut sanctum concilium iudicaret de iis, quae venerabilis Papa Symmacho, praefati Apostolicae sedis ab adversariis ipsius dicebantur impingi, Liguria, & Aemilia, seu Venetiarum Episcopi fugerunt ipsam, qui dicebantur impetitus, debere synodum convocare scientes, quia ejus sedis, primus Petri Apostoli, tum deinde secuta iussione B. Domini, conciliorum convocandorum auctoritas singularem in ecclesia tradidit potestatem, nec aucto-

a Ansel. lib. 1. cap. 36. Polyc. lib. 1. cap. 14. b Cap. c al. difficile. d in lib. Enno. pro defensione 4. & 5. Synod. sub Sym. Papa Ivo part. 4. cap. 142. Ansel. lib. 2. cap. 16. Polyc. lib. 1. tit. 7. e al. Legite. f collationem] orig. Verba omnia supra sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho, g iussione.] Varii. cod. & Niclaus ad districtum Imper. pag. 101.

¶ Et inde b ponitur, non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quae novo homini copulata sit; quia illud conjugium per e baptismi sacramentum cum ceteris criminibus fit ablutum. ¶ Quod cum de una utique dicitur, certe, si tres habuerit in vetere positus homine uxores, a erit ei, quae post baptismum quarta est; sic interpretantibus prima, & virginis aequae nomen accipiet, quae quarto ducta est loco. Quis (oro) istud non videat contra Apostoli esse preceptum, qui ait, unius uxoris virum oportere e fieri sacerdotem, qui ait, unius uxoris in baptismo totum, quidquid in veteri homine gestum est, fit solum. Dicitur mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa, quae secundum Domini f precepta, ac Dei instituta complentur? Uxorera ducere crimem est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (praefata verba dixerim) erit auctor in culpa: qui, ut crimina committerentur, in g paradiso precepit: 3 cum ipse eos benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus instituit, h nefas fit crimen appellari, & Salomon i addidit, [Etenim a Deo preparatur viro uxor,] quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filii percensetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortio, & quia ex ea suscepti sunt quae ante baptismum fuit uxor, erunt; appellandi vel naturales, vel spurii: quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (ut vobis videtur) quod post baptismum affluitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur a iudeis si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit i [Quod ergo Deus iunxit, homo non separet.] At ne de his locutus esse crederetur, qui 4 post baptismum sortuntur; meminere hoc & a iudeis interrogatum, & iudeis esse responsum. ¶ Quero, & sollicitus quero, si una eademque sit uxor ejus, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esse catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esse defuncto patre, circumspecta hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritus creditur abstinuisse? Quod cum ita sentire, atque iudicare absurdum est, quae (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione factari, quam aliqua auctoritate roborari i cum

a Matth. 6. b Barc. l. 4. c. 35. l. 10. p. 1. cap. 102. & pag. 103. Polyb. l. 6. tit. 4. c. post. orig. d. ab ablatum, e. i. Tim. 4. ad Tit. cap. 1. f. legu. orig. g. Gen. 1. h. iunxit. orig. i. Prov. 19. 28. quasi. i. Nonquid. k. et. consortio. l. Matth. 19.

non possit inter peccata deputari, quod lex precepit & Deus iniunxit? Nunquid si quis catechumenus virtutibus funduerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, elemosinas fecerit, morti destinatus qualibet ratione eripuerit, adulteria exhoruerit, castitatem tenuerit: quæ si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit; quia per baptismum, totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspicimus gentilem hominem Cornelium a orationibus, atque elemosinis vacantem, angelum audientem per revelationem, ipsumque Petrum videntem; nunquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quicquid bene gestum fuerit, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perfitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solvi inter peccata, credi omnino non debet: critique integrum æstimare, aboleri non posse prioris nomen uxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quod b ex Dei voluntate completum.

1 ¶ Bigamus] Rubricabus capituli, & sequenti, que in quatuor impressis, et in scriptis, in suam locum ex aliquo manuscripto sunt restituta.

2 ¶ Homine uxores] Sic in omnibus manuscriptis, & apud Burchardum, & Ivoem par. 1. cap. 290. quatuor in originali, & apud eundem Ivoem par. 2. cap. 293. paulo aliter, & obscurius legatur.

3 ¶ Precepit] In orig. & apud ceteros collecti legitur: in paradiso cum ipse cesjureret, benedixit.

4 ¶ Qui post baptismum] Apud Burchardum, & Ivoem in prima parte legitur: que post baptismum fortuntur. Sed in originali, & apud Ivoem par. 2. & in Panormia, & infra 28. q. 1. c. manquad, hoc modo: qui post baptismum uxores fortuntur. Verum obliuiscam nihil est mutatum.

5 ¶ Ipsumque Petrum] Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum est: atque elemosinis revelationem, Petrumque ipsum vidisse. Apud ipsum Innocentium in totis conciliis, per revelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse. Apud Ivoem: Petrum ipsam revelatione vidisse.

C. IV. ¶ In baptisate culpa dimittitur, non lex conjugii aboletur.

Item Ambrosius lib. 1. de officiis, c. ult.

VNa e tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso conjugio lex est, non iterare conjugium, nec secunda conjugii sortiti conjunctionem. Quod plerique mirum videntur, cur etiam ante baptismum iterata i conjugia electioni muneris, & prerogative ordinationis impedimentum generent: cum etiam delicta obesse non soleant, si laxari remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpam dimitti potest, lex aboleri non potest. In conjugio non culpa, sed lex est. Quod culpe est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in conjugio non solvitur. Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse conjugia frequentaverit?

1 ¶ Iterata] Apud B. Ambrosium locus hic variè legitur. Nam in antiquis impressis habetur, iterato conjugio. In contrariis vero iterati conjugii. Item, in Panormia, & apud Ivoem. In his tamen que sequuntur, concordat sic legendo, ad electionem muneris, & prerogativam ordinationis impedimenta generentur.

In nomine etiam Baptista, dicit Hierodem ab incestu prohiberi, dicens: [Non d licet tibi habere uxorem fratris tui:] evidenter ostendit inter infideles conjugia esse. Unde datur intelligi, quod bigami dicuntur, non solum, qui post baptismum conjugia frequentant, sed etiam qui ante

a All. 10. b al. qua. c Ivo p. 1. c. 291. Panorm. lib. 6. c. 64. d Matth. 14.

baptismum unam, & post baptismum alteram habuisse probatur. Bigamus vero in sacerdotem ordinari non debet: non quia deliquit secundum accipiendam uxorem: sed quia prerogativa exiuit, est sacerdoti.

C. V. ¶ Non peccat bigamus, sed prerogativa sacerdoti exiuit.

Unde Ambrosius ad Verulenses, lib. 3. epist. 82. ait.

¶ Vi a sine crimine est unius uxoris vir, teneat b ad legem sacerdotii suscipiendi. Qui autem iteraverit conjugium, culpam quidem non habet conquinat, sed prerogativa exiuit sacerdotis.

DISTINCTIO XXVII.

¶ Vid. autem notius uxori, vir Episcopus esse iudicetur, quæritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum, ut tempore sue administrationis, que post copula fuerit, quam uxorem, & virginem sui desponsaverit.

C. I. ¶ Non ordinatur Diaconus, nisi castitatem fuerit professus.

Hec Martinus e Papa prohibet dicens.

¶ Diaconus qui eligitur, si continentis fuerit pro accipiendi matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinatur. Quod si in ordinatione tacerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desideraverit, alienus fit a ministerio, & vacat à clero.

Hec auctoritate datur intelligi, quod illi, qui uxores habent, vel accipere volunt, nec Diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam professantur. ¶ Si vero Diaconus à ministerio cessare voluerit, & contracto matrimonio licite potest sui. Nam est in ordinatione sua castitatis votum obtulit, tamen tanta est via in sacramento conjugii, quod nec ex violatione voti potest dissolvi ipsum conjugium.

C. II. ¶ Nubentes post votum non sunt ad invicem separandi.

Unde Augustinus 1 in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, cap. 10.

2 ¶ Vidam d. nubentes post votum asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quod graviter peccent, qui tales dividunt.

1 ¶ Augustinus] Verba propria huius capituli non sunt inventa apud B. Augustinum. Sententia tamen habetur in libro de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc est de voto simplici, ut Gratianus in fine huius distinctionis exponit.

C. III. ¶ De eodem.

Item Theodorus in penitentiali.

¶ Si e vir simplex i votum virginitalis habens adiungitur uxori, postea non dimittat uxorem, sed tribus annis peniteat.

1 ¶ Simplex] Aliter vox ista ab omnibus manuscriptis, & infra 27. q. 1. cap. si qui votum, etiam ab impressis. In aliquis tamen perperit, est glossa interlineari.

C. IV. ¶ Damnable est coventibus virginitalatem, velle nubere.

Hieronymus 1 vero contra scribit.

¶ Coventibus s virginitalatem, non solum nubere, sed etiam velle damnable est.

1 ¶ Hieronymus] Gratianus hic, & infra 17. q. 1. c. coventibus, & Magister sententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non est inventum. In glossa ordinaria 1. Item, cap. ad ea verba, habentes damnationem, referatur ex B. Augustino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum 27. q. 1. post principium.

a Ivo p. 1. c. 290. Panorm. lib. 6. c. 63. b al. teneatur. c Apud Martinum Bracarensem, c. 39. Dist. 25. diaconi. Ivo p. 6. c. 27. Item, lib. 6. c. 97. d Infra 27. q. 1. cap. nuptiarum 4. prouide. e Ibid. c. si qui votum. Infra 17. q. 1. c. coventibus, Sent. 4. dist. 21. f Ivo p. 6. c. 27. Panorm. lib. 6. c. 64.



C. V. *¶* Damnationem habebis, si nupseris, qua virginitatem vorat.

Idem contra Iovinianum, lib. 1.

S i nupserit virgo, non peccat, non illa virgo, quae semet ipsam Deo cultui dedicavit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem; quia d. primam fidem unitam fecit.

C. VI. *¶* Quae sanctimonialium se esse fixerit, nubere non valet.

Item Nicolaus Papa ad Albrium & Viennem, ecclesiae archiepiscopum.

Q uod interrogati de foemina, quae post obitum mariti sui facrum velamen super caput suum imposuit, & sinit se sub eodem velamine sanctimonialium esse, postea vero ad nuptias rediit: bonum mihi videtur, quia per hypocritam ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto suo permansit, ut praeiudicium agat de illusione nefanda, & revertatur ad id, quod sponteuit, & in sacro ministerio permaneat, quod inchoavit.

C. VII. *¶* P A L E A.

N am si confiterimur, quod omnia sacramenta ecclesiastica quaeque, prout vult, fingat, & non verè faciat, omnis ordo ecclesiasticus turbabitur; nec catholicae fidei iura consistunt, nec canones sacri rite observantur. Quid enim profuit simoni h. Mago baptismum sacrum fidei suscipere, & in Christianitate permansurum se finxisse, cum per Apostolum fraude eius detecta, quod sibi futurum esset, pronunciatum fuit? Aut enim pecunia tua tecum sit in perditionem: cor enim tuum non est rectum coram Deo. Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hoc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Ideo tales, nisi respiciant spirituali gladio percutere censentur. Non enim sicut est Spiritus sanctus meritis, sicut Ananias, & Saphira mentiri sunt, & statim perierunt.

¶ Caput hoc in multis Graecis codicibus (in quibus habetur sine nomine Paleae) est conjunctum superioris, quemadmodum & apud Barchardum, & Iovinem. In Panormia autem est separatum.

C. VIII. *¶* In sacri ordinibus constituti non ducant uxores, & si duxerint, separantur.

Item Calixtus Papa II.

P resbyteris, & diaconis, & subdiaconis, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicitur: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disjungi, & personas ad poenitentiam redigi debere, iuxta sacrorum canonum definitiones iudicamus.

¶ Presbyteris] Hic canon inventus est in eod. Vatic. Biblioth. in fragmento casusdam concilii ab Urbano secundo habiti, & ex eodem vero concilio sunt canonnes. Alienationes. 12. q. 2. & Patristarum. 24. q. 3.

¶ Hic distinguendum est, quod conventum utriusque sunt simplices vocantes, de quibus Augustinus, & Theodorus locuti sunt: alii sunt, quibus post votum, benedictio accedit consecrationis, vel professionis religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.

C. IX. *¶* Incesta sunt virgines, quae post consecrationem nubunt.

Unde idem Hieronymus contra eundem Iovinianum libro primo scribens, ait.

V irgines, quae post consecrationem nupserunt, non tam adulterae sunt, quam incestae.

a. 1. Cor. 7. b. peccavit. c. Hic, e. al. que semel. d. 1. Tim. 4. e. Valde variae haec nomina in exemplaribus, & Barch. & Iovin. Barch. lib. 1. c. 47. Ivo p. 7. c. 6. 112. Pann. 1.3. c. 29. f. al. ministeria nuptiarum. g. Barch. & Iovin. Pann. 1.3. c. 206. h. Ap. 1. i. 112.

DISTINCTIO XXVIII.

Ecce ostensum est, quod volentes uxore continerent, nec ad subdiaconatum, nec ad superiores passant gradus confondere. Unde ad subdiaconatum accedentes, non sine voto castitatis iuramentum adhibere, auctoritate B. Gregorii, qui scribens Petro subdiacono lib. 1. epistola 42. in fine ait.

C. I. *¶* Non fiat subdiaconus, qui se castitatem non promiserit.

N ullum a facere subdiaconum praesumant Episcopi, nisi qui se victurum castitatis promiserit, & nonnullis interjectis: Quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptionem ministerii fuerit approbata.

C. II. *¶* Subdiaconus, & supra constitutus, incontinentes, uxores, aut concubinas ducere, ecclesiastico beneficio, & officio careant.

Item Innocentius secundus in concilio Rom. c. 5.

D ecerimus, ut ii, qui in ordine subdiaconatus, & supra, uxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant. Cum enim ipsi templum, vasa Domini, & sacramenta Spiritus sancti debeant esse, & dici, indignum est eos cubilibus, & immunditiis deservire.

C. III. *¶* Casti se vitare promittant in Diaconis, vel Presbyteris ordinandi.

Item ex concilio Toletano 4. c. 26.

Q uando d. presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur; oportet eos primum professionem Episcopo suo facere, ut casti, & pure & vivant sub Dei timore, ut dum eos talis professio obligaverit, vitae sanctae disciplinam se retineant.

C. IV. *¶* Qui longam corporis sui continentiam non habet, in Episcopatum eligi non debet.

Item Gregorius clero, & nobilibus scribens Neapolitanis, lib. 3. epist. 40.

P rimumquam ad nos scripta vestra discurrent, h. ps. Ioannem diaconum, qui ab altera parte electus est, parvulum habere filium, ex quorundam relatione cognovimus. Unde, si rationem voluissent attendere, nec alium eligere, nec ipse deberat consentire. Nam qua praesumptione ad episcopatum audeat accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola i. tunc convinctur non habere.

¶ Filiola] Sic emendatum est ex originali, Anselmo, & Polycarpo, cum antea legitur, filia. Superior etiam dixerat, parvulum filium, quibus vocibus recentis incontinentia manifeste exprimitur.

C. V. *¶* Ad subdiaconatum accessi continentiam proficiantur.

Item ex concilio Toletano 2. c. 1.

D e iis, quos voluntas parentum a primis infans, & annis clericatus i. officio mancipavit, statim observandum, ut mox detonsi, vel ministerio lectorum traditi, in domo ecclesiae sub episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri. At ubi octavum decimum aetatis suae compleverint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu, voluntas eorum de expectando conjugio ab Episcopo perferretur: quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & promissionem

¶ Infra dist. 31. c. ante triennium. b. Pann. lib. 3. cap. 142. c. diaconatus. d. Barch. lib. 2. c. 157. Anselm. 1.7. c. 106. Ivo p. 3. c. 130. & p. 6. c. 241. Pann. 1.3. cap. 22. e. al. pie. f. al. disciplina retinetur. g. cod. regium. h. Anselm. d. c. 9. al. 16. Polyc. 1.2. tit. 2. h. al. recurrent. i. al. discurrissent. i. Anselm. 1.7. c. 42. k. al. professionem.

castimoniz suz absque conjugali necessitate sponde-
rint servaturos; hitamquam appetitores arctissimz viae,
Ievissimo Dominijugo subdantur; ac primo subdiaconatus
ministerium habita probatione professionis suz a
vigesimo anno suscipiant. Quod si inculpabiliter, ac in-
offense vigesimum quintum annum ztatis suz peregerint,
ad diaconatus officium, (si scierint implere posse ab Epi-
scopo comprobantur) promovendi debent. Cavendum
tamen est his ne quando suz sponsonis immemores, ad
terrenas nuptias, aut ad furivos a concubitus ultra re-
currant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegii rei b ab ec-
clesia ha'cantur extranei. Quibus autem voluntas pro-
pria interrogationis tempore desiderium nubendi perua-
lerit, concessam ab Apostolo licentiam auferte non pos-
sumus; ita ut cum provecta ztatis in conjugio positus, re-
nuntiaturos se pari consensu operibus carnis spondeant,
ad sacros ordines e adirent.

1 ¶ Clericatus] In omnibus ecclesiis, & duobus codi-
bus Vaticanis conciliorum legitur, in clericatus officio, vel mo-
nachali [al. monachi] positus. Sed in codice Lucensi rego
habetur eodem modo atque apud Gratianum.

2 ¶ Ministerio lectorum] in omnibus codicibus concilio-
rum ante citata (etiam Lucensi) legitur, ministerio electorum.
Verum in epistola prima Synodi ad Himerium, c. 9. & Innocentii 29.
c. 2. (ubi de eadem serere regitur) est, lectorum ministerio, seu
officio.

C. VI. ¶ In conjugio constitutus ad sacerdotium
affirmari non debet.

Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.

3 ¶ Sumi d' aliquem ad sacerdotium in conjugii vin-
culo constitutum non oportet; nisi fuerit promif-
sa conversio.

C. VII. ¶ Non ordinantur diaconi, qui
castitatem non profuerint.

Item ex eodem tertio.

Præterea r placuit, ut deinceps non ordinantur dia-
coni, nisi qui prius conversionis proposito professi fue-
rint castitatem.

1 ¶ Præterea] In Arelatenfibus, que extant, huc ipse
penitus canon non invenitur. Sed sententia habetur in tertio c. 2.
in fine.

¶ Verum illa priori auctoritate diaconi videtur permitti con-
jugium, cum ad sacerdotium tantum conjugati prohibentur af-
sumi. Porro sequenti auctoritate videtur permitti subdiaconis,
cum de diaconis specialiter precipitur, ut sine probatione castitatis
non ordinentur.

C. VIII. ¶ Diaconi non prohibentur à mi-
nisterio, si in ordinatione dicant se
castitatem non posse.

Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permis-
sum, in qua, c. 10. (al. 9.) sic statuitur est.

Diaconi e quicunque, cum ordinantur, si in ipsa or-
dinatione protestati sunt, dicentes, velle se habe-
re uxores, nec posse se continere, hi si postea ad nuptias
venerint, maneat in ministerio; propterea quod his
Episcopus licentiam dederit. Quicunque sane tacue-
runt, & susceperunt manus impositionem, professi con-
tinentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio ces-
sare debebant.

C. IX. ¶ Presbyter ducens uxorem, ab ordine
deponatur.

Item ex concilio Neocæsariensi, c. 1.

6 ¶ Presbyter f si uxorem duxerit, ab ordine suo illum
ps deponi debere: Quod si fornicatus fuerit, vel ad-
ulterium commiserit, extra ecclesiam abijci, & ad peni-
tentiam inter laicos r redigi oportet.

a al. ab iros. b al. red. damnetur, & ab] orig. manu-
fer. reg. c al. gradus. d Paulo aliter in orig. e Pann.
lib. 2. cap. 27. Poly. lib. 2. tit. 21. Burch. lib. 2. cap. 101. 2. vo part. 6. cap. 11.
f Pann. lib. 2. cap. 92.

1 ¶ Inter laicos] Greci legitur, ἐξ ἐκκλησίας τῶν λαῶν, &
ἀγὰρ ἀδὲρ ἡμῶν μακάριος: que Dionysius exiguus
vertit; amplius pelli debet, & ad penitentiam redigi, nisi
nulla mentio sit penitentia inter laicos agenda; de qua re copio-
sius dicitur infra 30. dist. c. fin.

C. X. ¶ De eo, qui relictam cuiusdam discens
duxit uxorem.

Item Gregorius lib. 11. epist. 39.

7 ¶ Via a sunt culpe, in quibus culpa est, relaxare
ps vindictam, quærenda semper est veritas, ut in-
quiri debeat, utrum accusatum noxa condemnet, an à
ad nos Fantum b defensionem ultionem exercere in
Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo, quod
(quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore,
quo conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam
iste conjugem præsentium non fuisse, dicens, nec
eam virginem e ad eum venisse; denique d nec religio-
sam mutasse vestem, postquam ille in ordine fac pro-
motus est; adiciens etiam, priusquam ad diaconum per-
veniret, & postea, prava illam opinione vixisse; ideo
fraternitatem tuam his hortamur affectibus, ut cum Deo,
sicut decet, timore causam hanc subtili omnino in-
vestigatione perquirat, ut, si in conjugio diaconi mulie-
rem, de qua agitur, fuisse confiteri, & suprascripus
lator memorato defensori, & rectori patrimonii, ad
vindictam modis omnibus tradatur, & cum competen-
ti emendatione ii, qui male sociati sunt, disjungantur.
Si vero in ejus conjugio non fuit, memoratum Fantum
ex nostro mandato commoneare te volumus, ut ei facere
nil præsumat, nec falsa e illum accusatio eum in ali-
quo prægravet.

C. XI. ¶ De uxore presbyteri, vel diaconi, si a-
lus se conjugaverit.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 1.

8 ¶ Si se cuiquam mulier duplici conjugio, presbyteri, vel
diaconi relicta conjugerit, aut f separetur; aut
certe, si in criminis g intentione persisterint, pati excom-
municatione plebantur.

C. XII. ¶ De eodem.

Item ex concilio Martini Papæ.

9 ¶ I si qua vidua Episcopi, vel Presbyteri, aut Diaconi
Smarium accepit, nullus clericus, nulla religiosa perso-
na i cum ea convivium sumat; nunquam communicet;
mortem tamen e ei sacramenta subveniant.

C. XIII. ¶ Cuiusdam Episcopi ordinatio dif-
feritur, quia uxorem habet, &
filius.

Item i Pelagius Cæthog parvici.

10 ¶ DE i Syracusanæ urbis antistite optaveramus in
ps ipso initio, glorie vestrz desideris obedire, ni-
si nos multiplex ratio ipsius non paucis temporibus or-
dinationem differre sacerdotii coegisset, ob hoc, quod
vel persone qualitas (sicut & vos melius nostis) vel lu-
perles uxor, aut filii (per quos ecclesiastica solet peri-
cilitati substantia) nostros animos diutius ab ejus ordi-
natione suspenderent. Et quantum ad cautelam huma-
nam pertinet, integro penè anno ditulimus, opinan-
tes, quod in melius Syracusanorum proventire posset
electio. Sed quia in voluntatis suz proposito irrevoca-
biliter persisterunt, & nullus est alius in eadem repe-

a Ivo part. 2. cap. 126. b Ivo part. 6. cap. 14. c corrigi-
nem illum.] orig. d ut nec religiosum vestrem mutare presu-
meret.] in orig. & apud Ivo. e Est etiam apud Ivo-
nem, non autem ibi orig. f al. castigati al. castitate servata so-
parentur. g al. criminum. h Apud Martinum Bracar.
cap. 29. & concil. Tol. cap. 11. i abest a concilio. k aliter-
tium. l Angeli lib. 6. c. 22. al. 26. Poly. lib. 2. tit. 1.



us ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatii; ne paulo amplius infamarent (sicut filii nostri magnifici vixi praxoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud consilium iudicavimus faciendum, ut congrua providentia causam, propter quam principalis consilio non habentem filios, & uxorem ad episcopatus ordinem promoveri prohibet, salva dispositione consilii s. nominemus. Quia de re summo studio ab eodem Syracusanis urbis Episcopo, petitisquam a nobis contineret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & si iam fateretur, quantula esset, presentis temporis habita rerum descriptione, substantiam, & nihil unquam per se, aut per filios, & uxorem, siue quamlibet propinquam aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus usurparet ecclesie, & univerſa sui episcopatus qualitas tempore, ecclesie lux dominio sociaret: nihil ultra id, quod modo scriptum est filiis suis, vel habedibus relicturus.

¶ Item Pelagius] Anselmus, & auctor Polycarpi eadem epistola referunt hanc, que caput istud antecedit. Quod de ordinando ecclesie Catinensis Episcopo, salubris electione iudicii fieri desideratis, agnovimus: confestim sequenti die eum iuxta morem discutientes, tertio, quo veni, die, Episcopum consecravimus: simili quidem modo de Syracusanis. & qua sequuntur. In Polycarpi rationem inscripto est. Gelasius Papa Ceto. Ivo auctor in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Lugdunensem que incipit, Causam Belvacensis, &c. v. a. scribit. Si enim Papa Gelasius quondam Syracusanis urbis electum, uxorem habentem, & filios interveniente Cethego patricio &c.

¶ Ecce hac auctoritate electus in episcopatum non prohibetur habere uxorem, & filios. Eligi autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus vero non nisi necessitate cogente: siue ergo presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit, apparet quid in presbyter ordinibus constitutus, licet c. matrimonio uti possunt. ¶ Quia ergo auctoritate Gregorii, qui relictam diaconi, marito tradidit, puniendus est: item in Neocaesariensi concilio presbyter ducens uxorem, non diaconus, iuberet deponi: item in Ancyrana synodo, diaconi, qui in ordinatione sua dicunt se velle habere uxores, si postea venerint ad ministerium, non prohibentur a ministerio: patet, quod nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi a conjugio. Sed quod de electione obijerit, verum quidem est in episcopatum non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutus: sed ipsum uxorem habere, & filios, non propter premissa auctoritates de continentia clericorum. ¶ In sacris enim habitis, vel in ministeriis constitutus pariter habere uxorem, & filios: & si postea ex consensu uxoris continentiam professus, subdiaconatum, vel diaconatum, vel presbyterii gradum adeptus fuerit, attamen uxori, & filijs ipsam necessaria subministrare oportet. ¶ Illud autem Gregorius dicitur duobus modis solvitur: vel quia ecclesia cui diaconus ille ministraverat, non nondum continentia votum susceperat in diacono, & reliquis ministris; vel quia (sicut de electo in episcopatum ante scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in uxorem duxerat. ¶ Illud autem Neocaesariensis, & Ancyrana synodi, vel ex tempore, vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministerium altaris. Ex loco, quia utraque synodus orientalis est, & orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti observatione excludit, ut post adeptum sacerdotium, desinens priore uxore, non qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.

¶ Non prohibetur] A plerisque vetustis exemplaribus electi dicitur, non: Recenta tamen est, quoniam hic Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus

a Novella 6. & 12. in princ. b al. concilii. c. A. legimus. d. alia, militaverat.

¶ prius citati pre se fecerit hoc probare subdiaconi, diaconi, atque etiam presbyteri non fuisse prohibentem sibi conjugio. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse postea declarat a versis. Sed quod usque ad versis. Illud autem. Hac de re agitur etiam infra in notatione ad principium dist. 31.

C. XIV. ¶ Presbyter causa religionis non contemnat propriam uxorem. Item apponitur illud quod legitur in canone Apostolorum, c. 6. a. 5.

¶ Si quis a quis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxorem contemnere, anathema sit.

¶ Gratianus refert sensum canonis, extercolletores ipsa etiam fere verba.

C. XV. ¶ Anathema sit, qui presbyterum conjugium discernit a communione, in propria occasione.

¶ Item ex concilio Gangrensi, c. 4.

¶ Si quis h. discernit presbyterum conjugatum, tamquam occasione nuptiarum, quod offerre non debeat, & ab eis oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

¶ C. XVI. ¶ Ab officio abstinat presbyter non legalibus nuptiis detentus.

¶ Resbyterum e per ignorantiam non legalibus nuptiis detentum, cathedram quidem habere, sed ab officio i abstinere precipimus: sufficit enim huiusmodi indulgentia ei: Quia benedicere aliis eum, qui vulnera sua debet curare, consequens non est. Benedictio enim, sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum d ignorantiam, quomodo aliis tradet: Non igitur publice, neque private benedicat nec corpus Domini dispenſet aliis, nec alio modo trinitret: sed sufficiat ei, quod praxiderit: & impioret a Deo, ut dimittatur ei iniquitas ignorantie lux. Manifestum est autem, quod huiusmodi non legitima nuptie solventur, & nullatenus vir accessum habeat ad eam, propter quam sacro ministerio privatus est.


¶ Ab officio] Grac est, τῶν ἰεροῦ κερραῶν, id est, a ceteris officiis.

C. XVII. ¶ De presbytero non est laicidicandum.

¶ Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 78.

¶ Consilendum e decernitis, utrum presbyterum e habentem uxorem debeat sustinere, & honorare; an a vobis projicere. Ad quod respondemus: quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles; vos tamen Deum convenit imitari; qui f. solem suum orti facit super bonos, & malos. Deicere vero eum a vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum ejecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidquam investigandum, sed Episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia reservandum.

a Burch. lib. 1. cap. 75. Ivo p. 1. cap. 114. Faun. lib. 3. cap. 173. b Burch. lib. 3. cap. 75. Ivo part. 2. cap. 126. c. part. 3. cap. 128. c Simile etiam in 3. canon. eadem synodi, & apud Basilium in epist. ad Anaphilochiam, cap. 27. d τὸ εὐχέλως ἀγνοῦναι τὰ ἐπιτρωμα. e Ivo p. 2. cap. 12. Faun. lib. 3. a. 12. f Matth. 5.



¶ Presbyterum] In ultimo cap. hanc responsionem referunt Bulgares verba, dicentium multos apud se esse Græcos, & Armenos, & alios, qui diversa docerent. Nondum enim a Romanis Episcopis, aut Presbyteris acceptam. Quoniam vobis nihil mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, conjugauerat.

DISTINCTIO XXIX.

¶ Ed notandum est, quod secundum Iulianum, plerique capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt.

C. I. ¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regula canonum intelliguntur.

Aut enim Iulianus.

¶ Sciendum est, quod plerique capitula ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intrucando impinguntur, cum ante iudicant, quam intelligant, ante inculpent, quam iterando lecta perquirant.

C. II. ¶ Pro diversitate rerum temperantur regula sanctorum.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Regula a sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate tradita sunt.

C. III. ¶ Pro diversitate locorum, temperantur, & hominum, scripturae intelligenda sunt.

Item Hieronymus in proximo epistola ad Epilestus.

¶ Necesse est, ut iuxta diversitates locorum, & temporum, & hominum, quibus scripta sunt, diversas causas, & argumenta, & origines habeant. Et quomodo Ioannes in Apocalypsi sua, ad septem scribens ecclesias, in unaquaque earum specialia vel vitia reprehendit, vel virtutes probat, ita & sanctus Apostolus Paulus, per singulas ecclesias vulneribus medetur illatis: nec ad misar impetiti medici uno collyrio omnium oculos vult curare.

¶ Quibus scripta] Antea legebat, quibus diversa scriptura facta sunt. Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.

DISTINCTIO XXX.

¶ Illud autem, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in secundo synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit hæresi Manicheorum, qua conjugium detestabantur, sicut etiam quorundam superstitio multa in catholicorum dogmatum introductum invenitur, contra quos in Gangrensi concilio capitibus fidei statuta legitur.

¶ Manicheorum] Proprie Gangrensi synodus statuit contra Eucharisticos, ut supra dist. 16. e. prima adnotato. Sed hinc erroris Eucharisticos habuerunt a Manicheis.

C. I. ¶ De multitudinis superstitione hæreticorum quos Gangrensi concilio anathematizavit.

¶ Si e qui filii parentes, maxime fideles, deseruerint occasione Dei cultus, hoc iustum est iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, ut hoc ipsum i in eis venerint, quod fideles sunt, anathema sint. d

¶ In aliquis vetustis exemplaribus hæc omnia, qua hic occurrunt ex concilio Gangrensi, unico capite, & conjuncta oratione leguntur. Sicut autem ex prisca versione. Sed ea,

a Anselm. lib. 4. cap. 33. b Apoc. 1. c Ivo p. 8. c. 125. d alibi.

qua est Dionysii exiqui; longè magis responderet originali Græco quam in nequissimi usque.

¶ V hoc ipsum] Græce est, Πνευματικὸν τὸ δὲ πνευματικὸν ἀδελφὸν τῶν ἡρώδων. Id est, Quod scilicet divinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

C. II. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 17.

¶ Varcinque a mulier, religioni i iudicis convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen eius; & ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.

¶ Religioni] Græce est, Δία νεύου. Id est, Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio; quod Dionysius verit; propter divinum cultum, ut existimat. Græci enim religionem, quos nos dicimus, vitam propriam dicunt nominabant. Burchardus, & Ivo in par. 7. fecit sua versionem Dionysii, in ista autem Ivo prisca.

¶ Ad velamen eius] Hæc non sunt ex Græco originali, neque in versione Dionysii. Videtur autem sumpta ex epist. prima ad Corinth. c. 11.

C. III. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 14.

¶ Si qua mulier derelicto viro discedere voluerit soluto vinculo conjugali, nuptias condemnando, anathema sit.

C. IV. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 10.

¶ Si quis propter Deum virginitatem professus, in conjugio positos per arrogantiam vituperaverit, anathema sit.

C. V. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 9.

¶ Si quis vel virginitatem, vel continentiam professus, tanquam abominabiles nuptias iudicet; & non propter hoc solum, quod continentia, & virginitatis bonum, sanctum propositum est, anathema sit.

¶ Professus] Hic erat additum, in conjugio; quod neque est in canone græco, neque etiam in Latino, qui citatur infra dist. 31. c. quicumque, neque in multis manuscriptis Gratiani edicibus.

C. VI. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 13.

¶ Si quis mulier suo proposito utile iudicans, ut vitium vestis utatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema sit.

¶ Imitetur] Græce legitur, Κοι ἀδελφὸν τῶν ἀνοήτων νεοκλῆος ἀποφύλαξαι τὸν δὲ πνευματικὸν ἀδελφὸν τῶν ἡρώδων. Quod Dionysius ex quo apte vertit, & pro folio muliebri amictu vitilem sumit, sicut habet Burchardus, & ferè etiam Ivo.

C. VII. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 15.

¶ Si quis tanquam hoc continentie convenire iudicans, die Dominico jejunaverit in eisdem i diei contemptum anathema sit.

¶ In eisdem] In originali habuit prisca versionem est, aut in eisdem diei contemptum; quod in versione Dionysii, quam attulerunt Burchardus, & Ivo, ista verba videtur expressa, aut contumaciam, al. propter contumaciam. Sed in græco vulgato nihil est, quod ista respondent.

a Burch. lib. 8. cap. 65. Ivo part. 7. cap. 10. & part. 8. cap. 310. b Ivo part. 8. cap. 216. & 217. c Reperitur infra dist. 31. c. quicumque, ex versione Dionysii. Burch. lib. 8. cap. 64. Ivo part. 7. cap. 12. d & part. 8. cap. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione. Burchard. lib. 8. cap. 61. Ivo part. 7. cap. 75. e Burch. lib. 8. cap. 60. Ivo part. 7. cap. 74. f Burch. lib. 8. cap. 61. Ivo part. 4. c. 61.



nichai, anathema sit. Similiter quia 2, quod ab Apostolis traditum est, canon tenet antiquus; placuit, ut per omnes Dominicas, & per omnes dies Pasche usque ad Pentecosten, non prosternantur se in oratione causa humilitatis; sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio, quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Sic quis etiam non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstineat, placuit sancto concilio ut pragruerit, & sic, si vult abstinerere, abstineat. Si autem spernit, ita ut olera cocta cum carnibus non degulset, iste non obediens, nec susceptionem hæresis se removens, deponatur de ordine clericatus.

1 ¶ Presbyter] Sequatur, vel diaconus. *Que sublati sunt, quoniam absumt à plerisque manuscriptis, & originali: Caterius Buehardus, & Ivo similis canonem citant ex concilio Thronensi, atque ita habent. Si quis propter publicam penitentiam à sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate. In aliquo Gratiani manuscriptis est: si quis propter publicam penitentiam, à sacerdote acceptam absque aliqua necessitate, & c. que optima videtur lectio. Nam in c. 18. concilii Gangrensis, unde hoc videtur Martinus transmissit, nulla presbyteri fit mentio, sed univere pronuntiatur, ut sup. ead. c. si quis tangam. Si quis autem aliquam necessitate, videtur hoc importata ex cap. 19. eiusdem concilii. Neque vero presbyteri huiusmodi penitentia more laicorum imponitur, c. illud, cum sequitur dist. 50. & c. in vesp. nec enim. 2. dist. Sed quando in gravissima crimina publice incurrit, deponitur peregrinari iubentur, c. si quis sacerdos, q. 1. c. sacerdos, de pan. dist. 8.*

2 ¶ Similiter quia] Hoc sumptum est ex canone ultimo concilii Nivani.

3 ¶ Non prosternant] In codice Lucensi regio legitur: non prosternat, sed erecto vultu ad Dominum fungantur orationis officio.

4 ¶ Si quis etiam] Hoc sumptum est ex concilio Ancyran. c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.

DISTINCTIO XXXI.

1 ¶ Tempus quoque quia nondum 1, erat institutum, ut sacerdotes continentiam servarent.

¶ Nondum] Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, ut sacerdotes continentiam servarent, in subdicens (Nam & in sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valet, idem sacerdoti nomen, atque in sacris constitutus, ut 7. ad titulum distinct. 33. notatur, in gl. 1. que fit. Qui per peccatum) locus habere potest. Fuit enim tempus, cum subdicationi in aliquibus provinciis, ut in Sicilia, continentia legibus non adstringebatur: quod Gregorius loci, qui solus ad hanc rem confirmandam proximo à Gratiano citatur, manifestè præstat. Diaconatum & presbyterium in Latina ecclesia nunquam licitè uxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, aut, ex canonibus, qui post primum in hac causa distimul. citantur, & alii multos, præsertim epistol. 2. Syriaci ad Himerium Tarraconensem, clare demonstratur.

C. I. ¶ Qui castitatem non promisit, ab uxore sua separari non cogatur. Unde Gregorius scribit Petro subdiacono Sicilia. dist. 1. epist. 42.

¶ Nte d. triennium subdiaconi omnium ecclesiarum Sicilia prohibiti fuerant, ut more Romana ecclesie nullatenus suis uxoribus miscerentur. Quod mihi datum, atq; incompetentis videtur, ut qui usum ejusdem continentiam non invenit, neque castitatem ante promittit, compellatur à sua uxore separari, atque per hoc

a al. quinquagesima. b abest vix ista ab origine. c Ibid. cap. 1. d Panorm. lib. 3. cap. 92. Poly. l. 4. tit. 31.

(quod abest) deterius cadat. Unde a videtur mihi, ut à presentie die episcopi omnibus dicatur, ut nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurum castè promiserit, quatenus præterita mala 1. que per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura caute caveantur. ¶ Qui vero post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, continet cum suis uxoribus vivere, laudandi, atque remunerandi sunt, & ut in bono suo permanent exhortandi. ¶ Eos autem, qui post prohibitionem factam se à suis uxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolunt promoveri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cujus castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

1 ¶ Mala] Vox ista abest à Polycarpo, & aliquo vetustu Gratiani codicibus.

2 pars. Causa vero huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, ut liberè civitatis diebus orationi possint vacare. Si enim (ut c. Paulus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi vacemus; ministri, utique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, nunquam conjugali officio vacare permittuntur.

C. II. ¶ Sacerdotibus semper castitas observanda præcipitur. Unde Beda in comment. super Lucam, ad cap. 1. ait.

Sacerdotibus d. ut semper altari queant assistere, semper ab uxoribus continendum, semper castitas observanda præcipitur.

C. III. ¶ Qui divinis sacramenti inseruiunt, continentiam esse oportet.

¶ Item in concilio Carthaginiensi 11. cap. 2. Episcopos, presbyteros, & diaconos ita placuit (ut decet sacros antistes, ac Dei sacerdotes) nec non & levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentiam esse in omnibus.

C. IIII. ¶ Sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis misceri non debent. ¶ Item Innocentius 1. Vilius Ratum, episcopo, epist. 2. cap. 9.

Tenere se debet omnino ecclesia, ut sacerdotes, & Levitæ cum uxoribus suis non miscerentur, quia ministerii quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim, (Sacerdos estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vestrus.) Nam si præficus temporibus anno vicis suæ de templo Dei sacerdotis non dicebantur) sicut de Zacharia legitur (h) nec domum suam omnino tangebant, quibus utique propter sobolis successiorem, uxoris usus fuerat relaxatus, quia i. ex alia tribu, & præterquam ex femine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur. & quanto magis hi sacerdotis, vel Levitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ servare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præter dies, qua vel à sacrificiis divinis, vel à baptismatis officio vacent.

C. V. PALEA.

Nam i. sicut i. Paulus ad Corinthios non scribit, dicens, [Abstinetes vos ad tempus, ut vacetis orationi:] & hoc utique laicis præcipitur, multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium n. est, semper debebunt ab hujusmodi consortio abstinerere.

¶ Nam sicut] Hæc palea in duobus Vaticanis (in quibus sicut reperitur) est conjuncta cum superiori capite, quoniam

a Sup. distinct. 28. c. Nullum. b fit] orig. c. i. Corinth. 7. d Panorm. lib. 3. cap. 92. e 7. dist. 84. c. cum in præterito. Panorm. lib. 3. cap. 91. f Raba pe. cap. 29. Durch. lib. 2. cap. 116. Ang. lib. 7. cap. 134. Ivo part. 6. cap. 94. & cap. 194. Panorm. lib. 3. c. 44. g Levit. 11. h Luc. 1. i Numer. 11. k al. præceptum fuerat. l Ibidem continentiam. Ang. lib. 7. cap. 92. m i. Cor. 7. n al. officium.

admodum etiam in epistola Innocentii. & legitur. Nam si Paulus. Sed non est uxoratus, quomodo est inuitum caput.

C. VI. § Siquis ab uxore sua abstinet, ad sacrificia admittatur.

Item Exuperius Tholosano episcopo, epist. 3. c. 4.

Os 1 ad a sacrificia fas sit admitti, qui vel cum uxore non exercet carnale officium.

¶ Eos 1. Apud Innocentium, & 7. distinctio. 22. cap. Proposuit, ubi hoc idem est repetitum, legitur. neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale confortium.

C. VII. § Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est cavendum.

Item Hieronymus contra Iovinianum, lib. 7.

Si iustus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi caret officio conjugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: si semper orandum est, ergo semper matrimonio cavendum.

Quod autem Manicheorum causa de conjugio i sacerdotum illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo cap. 1. sic statutum legitur.

¶ De conjugio] Sequentem canonem Gratianus restringit ad conjugia sacerdotum, cum tamen in eo dicitur non illi, qui uxorem nuptias vituperant, nec volent aliquem Christianum etiam laicum, libera optare dare. Nec fuit eorum proprie contra Manicheos, sed contra quendam Eusebium, qui hunc errorem cum alio multo in Armenia disseminaverat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias, sup. dist. 30. sed ex abscissione.

C. VIII. § Anathematis, qui nuptias vituperat.

Si quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religionem detestatur, aut culpabilem estimat, velut, quae regnum Dei introire non possit, anathema sit.

C. IX. § De eodem.

Item ex eodem, cap. 1. & 9.

Quicumque de virginitatem custodiens, aut continentia studens, vel ut horretens nuptias, nec propter hoc, quod bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

3. pars. Dicitur et aliter intelligi illud, quod in canone Appollonius legitur, in iste sit sensu capituli: [si quis docet sacerdotem uxorem suam contemnere,] non quam uxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dicitur ad hunc esse laicum, vel in monasterio ordinibus constitutus, sibi capitulat, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est, ab animo, & cura sua abdicere, quae necesse est praesentat.

C. X. § Ministri altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex communis.

Trobanus hoc interpretatio auctoritate Leonis Papae, qui epist. 94. cap. 3. scribitur Rustico Narbonensi episcopo ait.

Ex continentia eadem est altaris ministris, quae episcopis, atque presbyteris: qui cum essent laici, sive letores, licite & uxores ducere, & filios procreare poterant, sed cum ad praedictos pervenerunt gradus, & coepit eis non licere, quod licuit. Unde, ut de carnalibus spiritali conjugium, oportet nec dimittere uxores, & quae non habeant, sic habere, quo & salva sit charitas, & cessent opera nuptiarum.

a 7. dist. 2. c. 1. b Panorm. lib. 3. cap. 55. c Panorm. lib. 3. cap. 56. d sup. dist. 30. c. si quis nuptias, sup. dist. 30. c. si quis vel virginitatem ex alia versione. Burch. lib. 3. cap. 84. l. 1. c. 29. d sup. dist. 21. c. si quis. Burch. l. 2. c. 114. Aug. l. 7. c. 151. e l. 6. c. 204. Poly. l. 2. c. 1. l. 3. p. 6. c. 6. Panorm. l. 3. c. 56. f l. 1. c. 7. g l. 1. c. 1. h l. 1. c. 1. i l. 1. c. 1. j l. 1. c. 1. k l. 1. c. 1. l l. 1. c. 1. m l. 1. c. 1. n l. 1. c. 1. o l. 1. c. 1. p l. 1. c. 1. q l. 1. c. 1. r l. 1. c. 1. s l. 1. c. 1. t l. 1. c. 1. u l. 1. c. 1. v l. 1. c. 1. w l. 1. c. 1. x l. 1. c. 1. y l. 1. c. 1. z l. 1. c. 1.

C. XI. § Episcopus, vel presbyter uxorem propriam a cura sua non abiciat.

Item Leo IX. i contra epistolam Nicetae Abbatis.

Omnia a confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam uxorem causa religionis abicere a cura sua, scilicet, ut ei vitium, & vestitum largiatur; non ut cum illa ex more carnaliter jaceat. Sic & sanctos Apostolos legitimus episcopo, beato Paulo Apostolo dicitur: [Nunquid non habemus a potestatem mulierem fororem circumducendi, sicut fratres Domini, & Cephas?] Unde insipiens, quia non dixit [nunquid non habemus potestatem fororem mulierem amplectendi?] sed [circumducendi] scilicet ut de mercede predicationis sustentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale conjugium.

¶ Leo IX.] Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetae presbyteri, & monachi adversus Litanos editum: quare respersionem, cum nomine Leonis IX. cuius erat legatus, scripsit. potest recte nomine ipsius citari, sicut multa ex Emedii libro nomine Synmacii citata inveniuntur, sup. dist. 2. c. concilia. & 7. 30. dist. c. non nos. & 21. dist. c. nemo recte. s. quae. 4. cap. nonno & 9. 4. 3. aditum. At sup. dist. 22. nomine Nicolai citatur caput, omnes, quod habetur in oratione Petri Damiani.

2. ¶ Nunquid non habemus] Varie sunt huius loci interpretationes, quod inter alias B. Hieronymus in 1. libro contra Iovinianum ostendit.

Hinc & illud Gregorii [Presbyter quidam] quod requirit, dist. 3. cap. penult. ¶ Ut igitur ex his auctoritatibus apparet, sacerdoti uxorem, quae in laicali habitu, vel in monasterio ordinibus constituit sibi legitime copularum, necessarium ministrare, delata vero reddere non valet.

4. pars. ¶ Sed obicitur illud Tripertitix historiz, libro 2. cap. 14.

C. XII. § Dissuasit Paphnutius Nicena synodus non constitui, quod presbyteri cum suis uxoribus non dormirent.

Nicena e synodus corrigere volens hominum vitam in ecclesiis commorantium, posuit leges, quas canones vocamus in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere legem, ut episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi i cum conjugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria conjugum concubitus, suscipit; concilio, ne talem poneret legem, gravem esse afferens causam, quae in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret. Et haec quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit. synodusque laudavit sententiam eius; & nihil ex hac parte fancivit: sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit.

¶ Et subdiaconi] In aliquot veteribus codicibus, & in originali Secretis non sunt istae voces. Sozomenus tamen lib. 1. cap. 22. habet tam Graeci, quam in Latina vetere, & novae versionis, ut etiam Nicephorus.

C. XIII. § Non in perpetuum, sed tempore obligationis a complexu suorum uxorum sacerdotes abstinent.

Item Synodus sexta, cap. 15. lib. 8. c. 19.

Quoniam i in d Romani ordine canonis esse cognovimus traditum, eos qui ordinati e sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quod jam suis non copulentur uxoribus; nos antiquum sequentes canonem Apostolicum diligentia, & constitutiones, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullis

a Panorm. libro 3. cap. 115. b 1. Corinth. 9. c Panorm. libro 3. cap. 55. d Panorm. lib. 3. cap. 16. e ordinandi, sed obicitur non est mutatum.

Item Nicolaus Papa Odori a Viennensi Archiepiscopo.

De illo clerico, Alverico nomine, quem per ordinem ecclesiasticum iure ad subdiaconatum caste viri dicitur, cur velle auctoritate uxorem duxerit, miramur, eo quod nulli unquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) uxorem ducendi licentiam datus.

C. V. Non audiat Missa presbyteri concubinato habentis.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

Nicolas in subsecquenti] Hec clausula est Gratiani committitur, referre ex capite Nicolai ea, qua proxime ex Alexandro relatu erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus II. in epist. qua extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Roma habuit cxxii. episcoporum, hunc canonem edidisse, quod postea Alexander II. (ut ipse etiam testatur in epist. manuscripta) in concilio a se habito istam verba repetivit. Quare in Panormia appellatur decretum Nicolai junioris, & Alexandri.

C. VI. Non est audientia Missa presbyteri, qui concubinato habet.

Item Alexander testandus.

Quod dicit Dominus in Evangelio e. [Injustitiam] ostendit filios sapientiae intelligere, nec in abstinentia, nec in manducando esse iustitiam, sed in aequanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumperendi, atque oportune sumendi, vel non sumendi, quorum non usus, sed concupiscitiam reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, ut succurras necessitati corporis, dummodo congruas, in generibus alimentorum his, cum quibus tibi vivendum est. Neque quantum sumas, interest multum: cum videamus aliorum stomachum citius saturari, & eos tamen illi ipsi parvo, quo satiantur, ardent, & intolerabiliter, & omnino tuipiter inhiere: alios autem plusculo quidem saturari, sed tolerabilibus inopiam perpetui, & vel ante ora positae epulae, si id in tempore opus sit, cum tranquillitate aspicere, neque tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personae suae, & pro sua valetudinis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate, & serenitate animi careat, cum his vel oportet, vel necesse est carere, ut illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus f. dicit. Scio & minus habere: scio & abundare: ubique & in omnibus inebriatus sum, & saturari, & esurire, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.

C. V. ¶ Temperantia ciborum & vestium, non abstinentia eorum laudatur.

Item ex concilio Gangens. ultimum.

Parimoniam g. cum veste humilis non reprobamus: sicut etiam ornatum praeter corporis: diligentiam infucatum laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus in excessu non recipimus: & domos Dei honoramus & conventus, qui in his sunt, tanquam sanctos, & utiles recipimus: pietatem in privatis domibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei edificatum honorantes: & congregationem in ecclesia factam ad utilitatem communem recipimus, & bona

a 2. Regum 21. b 3. Regum 17. c ad illa verba [petite, & dabitur vobis.] sed paulo aliter. d Ivo part. 4. cap. 2. e Math. 11. & Luc. 7. f Philip. 4. g Ivo part. 1. cap. 321.

opera, quae supra vires 2 in fratres pauperes, exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quae conveniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarum preceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

1 ¶ Præter corporis] Est ex prisca versione. Graeci est, ἡ ἰσχυρία τοῦ σώματος ἀπὸ τῆς πίστεως. id est, propter corporis tantum curam minimè supervacanciam atq; operosam: sed ob gloriam non est mutatum.

2 ¶ Supra vires] In prisca illa versione est: juxta vires. Dissimulata habet, ut Grat. Graeci autem: τὸς κατὰ τὰς ἐπιπέδους τοῦ σώματος τὰς ἀνάγκαις τὰς κατὰ τὰς ἀνάγκαις, id est, eximias atque excellentes fratrum beneficentias, quae secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

C. VI. ¶ Sub specie virtutis saepe servitia operantur. Item Gregorius Joannis Constantinopolitani, lib. 1. cap. 24.

Sæpe vite esse virtutes mentiuntur, ut tenacitas, parsimonia; effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiae, remissio, pietas veli videli.

C. VII. ¶ Meritis fidei, & vite, non de virtutibus, sed spoliis auctoritatis quaeritur. Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 11.

Episcopus vilem suppellectilem, & mensam, ac vicium pauperem habeat, & dignitatis lux auctoritatem, fide, & vite meritis quaeratur. ¶ Hospitium a quoq; non longè ab ecclesia habeat.

C. VIII. ¶ De eodem. Item ex eodem, c. 41.

Clericus b professionem suam & habitum, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calcamentis decorum quaerat.

Sicut ergo in cibi motu eorum, cum quibus vivimus, observare monemus, sic et de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur, [Quisquis contempnit his, cum quibus vivit, laetitia sua, vel auferens a praeteritis indumenta, vel alimonia quaerit, aut intemperans sit, aut superstitiosus est.] In vestibus autem debet esse sacerdos ornatus, ut gravitate timeri, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (ut Augustinus dicit) inaequalitatem indicat menti. Unde historiographus e. Ille cuius ejus mutabilitatem describeret, cuius confectio excita f. cum mentem vastabat, g. inter cetera hinc etiam notabile judicavit, dicens, [Cuius modo tardus incessus.]

DISTINCTIO XLII

Hospitalens vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum quibus in iudicio dicitur, [Hospes h. e. ram, & non suscepisti nos.] Qui enim Apostolum secutus alius ad hospitalitatem debet invitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primario a seipso, & a domestica ecclesia sua debet exigere, quod postea populo imparet, si primum imitandum Christum, ipse debet facere, quae postea populum doceat, necesse est, ut pauperi hospitio recipiat, quod ad hospitalitatem facultus suo exemplo facilius attrahat. ¶ Ordinarius itaque sacerdos ad memoriam revocet, quomodo Abraham i, & Loti per hospitalitatis opera, Deoplacere, & Angelus hospitio meruerunt recipere, quomodo Angelus Sodomis hospitalitatem domum ingressi, Loti cum familia sua liberaverunt, quomodo clasas domus cum hospitibus, igni in-

a Ibid. cap. 14. b Burch. lib. 2. cap. 209. Ivo part. d. cap. 284. Anst. 17. c. 202. c Supra ca. c. quisquis. d epist. 109. ad Monachum habetur. e Salvst. de Castina. f al. exheretam. al. exagitam. g al. vexabat. h Marthas. i Genes. 18. & 19. Gl. ord. Gen. 19. ex Aluana.

ingressus perdidit, quomodo etiam secundum Hieronymum a, Aluana rapere convenerunt, qui ultra necessaria sibi venire prohibita: ac si per opera pietatis se instruat, ut & praefiguras vite hospitalis, & aeterna claritatis praeuia a Deo percipiat; utrumque cuius pietas promittitur. ¶ Unde Apostolus foribet ad Timotheum b ait, [Exerce temperantiam ad pietatem. Nam corporalis qui dem ex: citatio ad modicum utilis est, pietas autem est utilis ad omnia, habens promissionem vitae, quae nunquam, & futura.] Ab hoc quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. ¶ Si enim vidua, c in ecclesia recipi prohibetur, quae pauperes non recipit hospitio, quae pedes sanctorum non lavat, quae omne opus bonum non est excusata, multo magis sunt prohibenda a sacerdote, qui ab opere pietatis probatur alienus. Unde d hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. 11.

C. I. ¶ Non sunt desitentes, qui convivia pauperibus exhibent.

Si quis desitit eos, qui fideliter agapas, id est, convivia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei convocant fratres, & noluerit communicare huiusmodi vacationibus, parvipendens quod geritur, anathema sit.

Hinc etiam Ioannes Evangelista in epistola sua quendam Diocletianum excommunicat, qui nec pauperes recipiat, & recipiendi de ecclesia ejiciebat. In hospitalitate autem non est habendum delictum perfurarum, sed iudicaverit quisquamque sufficiens, hospitalitas non existeret debemus.

C. II. ¶ In recipiendum hospitibus nulla debet esse distinctio.

Unde Ioannes Chryostomus, in epist. ad Hebraeos, hom. 11. c. 6.

2 ¶ Viescamus ab hac absurda curiositate, & diabola & peremptoria. f Si enim in clerico se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiffusa communicatio est: circa majora periculum vertitur, non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimento postulat, nihil in se examine. Inquire, quomodo Abraham hospitalitatem circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, nihil in se quis & hos repulisset: Sed quoniam omnes recipere, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus, sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, et misericordia, ex bonitate.

Sed licet ipsa convivia despicenda non sint, non tamen in ecclesia celebrari, nec clericos ad ea convocatos ex ea parte sibi videri oportet.

C. III. ¶ Clerici ad agapem, vocati partem sibi non tollant.

Unde in Laodicensi concilio, c. 27. Non oportet ministris altaris vel quolibet clericos i ad agapem vocatos, partes tollere propter injuriam, quae ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

1 ¶ Clericos] In concilio Graeco, & prisca etiam veritas additio, vel laici.

2 ¶ Propter injuriam] Graeci est: ἄλλο τὸ τὸν ἑαυτοῦ τῶν ἑαυτοῦ ἐπιπέδους τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὀργάνων ἐπιπέδους, id est, eo quod ecclesiastico ordini in iuratur contumelia.

C. IIII. ¶ In locis Deo sacris, nec comedere, nec accubare sternere licet.

a In regula Monachorum, c. de paupertate. b 1. Timotheo c. 1. Tim. 3. 3. q. 1. quomodo. d al. Vide quidam. e Burch. lib. 9. cap. 104. f epist. 109. cap. 106. Anst. 17. c. 206. f al. permissum. g Anst. 17. c. 207. Ivo p. 3. c. 128.

hæc eadem loquacitas inquinat, quæ servire auditoribus ad usum profectus ignorat. Vnde bene per Moysen dicitur. *[In qui fluxum feminis patitur, immundus est.]* In mente quippe audientium, semen securæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis; quia dum per autem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius feminiverbus b est vocatus. Qui ergo fluxum feminis patitur, immundus asseritur, quia multiloquio subditus, ex eode inquinat: quod si ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda e potuisset: dumque incautus per loquacitatem deflavit, non ad usum generis, sed ad immundiciam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de infantia prædicationis admoneret, dixit ei, *[Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos & mortuos, per absentionem ipsius, & regnum eius, prædica verbum, nisi oportuerit importuna.]* Dicitur importune, præmittit *[opportune,]* quia scilicet apud auditorum mentem ipsa sua utilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit.

C. II. *g* Foris & cæcibus facta non sunt
consuetudina.

Item Clemens episcopus 3. in extremo.

2. **N** mandatis e habemus, ut venientes ad civitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus, quanto magis nosse convenit, quis qualiter sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Solliciti enim, & valde solliciti esse debemus, ne f margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas utile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari, quod bona sunt, emendatus est, & inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (que utique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, ut ei, qui obtinet bona virtutum, etiam quod maculari eius vita scilicet conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendatur. Si vero in iis, quæ palam sunt, peccatis involutus permanet, & inquinatus, non me oportet ei aliquid de secretionibus, & remotis divinitus scientiæ proloqui, sed magis protestari, & convecnire eum, ut peccare desinat, & actus suos à vitis emendet. Quod si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nihil omnino respondere, auditorum causa utile non videtur: nisi forte existimem nos responsonis peritura declinare certamen, & fides eorum lædatur, non intelligentium propositum nostrum.

C. III. *g* Verba predicationis persecutoribus suis prelati non subtrahant.

Item Anacletus, episcopus 1. omnibus episcopis.

3. **C**imus g autem multos ob id infestare doctores, quæ eos perdat, & placita propria voluntatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (in quantum vires suppetunt) à recta æmulatione, & bona intentione recedere debent, scientes, quia beati s, qui perfectionem patiuntur propter iustitiam.

C. IIII. *g* Non est mundus à sanguine subiectus, quoniam qui Dei consilium illi non amoviat.

Item Gregorius Venantius, lib. 1. episcopus 33.

Ephesius Paulus dicit *k* *[Munda sunt manus meæ à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis.]* Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium

a Levit. 15. b Act. 17. c al. corde. d 2. Timoth. 4. e Matth. 10. Marc. 8. f Matth. 7. g Ivo p. 5. c. 27. h al. institutione. i Matth. 5. k Ad. 20.

annuntiare nolisset: qui cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit.

C. V. *g* Aeterna damnationis poenarum incursit prædicator, qui semen divini verbi non spargit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est *[Prophetas]*

Dispensatio a est nobis cælestis feminis infantia: *z* a b firmo *z* infirmo: *z* a frastrerimus. Quod cum electionis vas fovimur, & clamet, quanto magis cullibet exiguo metuendum est? Proinde sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus fluisse pro divinitas cultu, & ecclesie correctione quod congruit, ita his (quod ablit) non mediocre periculum est, qui cum debeant parere, desipiunt.

4. *z* pars. Pariter c quæ, observare debet sacerdos, non indiget, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione referre incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi, non ad eorum utilitatem, sed ad suam ostentationem facit. Vnde in expositione *[Beati immaculati.]* dicitur: *[Virum est secreta mysteria vulgare indignum: quod sit vel loquacitate incanta, sine suo iudicio volat irreverentia verbum, vel adulationem, ut ei planius sua secreta revelat, vel saltatione scientiæ, ut phara sine educta.]* In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdoti: quæ si forte caruerit, inquam vasa, sacerdotali officii iudicatur indignum.

DISTINCTIO XLIII.

Constitutio vinolentus esse prohibetur, quæ intemperantiam nequequam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur, utroque enim inter opera turbarum Apostolorum connumeratur, sicut Romanus dicit, *[Non inconvulsionibus, & ebrietatibus.]* Veneris e namque inglutire ad luxuriam provocat facile, & iniqui bonum diffinit. Vnde venter & genitalia sicut in ipsa venter sunt: ut ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur venter. Hinc etiam Nabuzardan f principem coquerum munit Hierusalem destruxisse legitur: quia venter, cui multitudo corporum deservit, adificia virtutum ad solium redigit. Sacerdos itaque de altari vivere, non luxuriari querat, ut ait Hieronymus g, *[Tibi o sacerdos altario vivere, non luxuriari permittitur.]* Sicut autem convulsionibus non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxia: qui festivos, & solennes dies non aliter se digno celebrant, nisi convulsionibus deserviant.

C. I. *g* Non est vacandum convulsionibus & ebrietatibus. Vnde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum, episcopus 64.

Convulsionibus h & ebrietates ita concessæ & licet putantur, ut in honorem etiam beatissimum martyrum non solum per solennes dies, (quod ipsi quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. Et post pauca: Non ergo asperere, quantum existimo, non ducere non modo impetioso ista tolluntur: magis docere quam jubendo, magis monendo, quam minando. Sicut enim agendum est cum multitudine peccantium, si veritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et

a Dispensatione nobis. orig. b 1. Corinth. 9. c Greg. ord. ex Ambr. serm. 2. in Psal. 118. in ver. *[Abscondi respiciam.]* d Rom. 13. e Hieron. in ep. ad Amantimum. f Greg. de Temp. serm. 63. Greg. in pastor. part. 3. cap. 20. f Greg. ultim. secundum 70. g In Micheam, cap. 3. in exort. h Ivo part. 12. cap. 61. i dicit ab orig. Ivoe & aliqui magis scripsi Gratiani.

quid minamur, cum dolore fiat, de scripturis comminandum vindictam futuram, ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius movebuntur spirituales, ut spiritualibus proximis; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

C. II. ¶ Nihil clericorum aut continentium licet tabernam intrare.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

Non oportet clericos servientes i a presbyteris usque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes usque ad ministros, aut leutores, aut exorcistas, aut officarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito continentis sunt, tabernas intrare.

1 ¶ Clericos servientes ¶ Græci est, isegmæd, quod Dioscorus verit, sacro ministerio deditos: quem versionem concilium Aquileiense, Burchardus, & Ivo attulerunt.

2 ¶ Tabernam ¶ Sequelatur in impressis, nisi causa necessitatis: que sunt expuncta, quia neg, in perisly, manuscriptis, neg, in Burchardo, & Ivo, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquileiensi (ubi ubi, hoc idem reperitur) legitur: valentius tamen accepta ex can. Apoll. 54.

C. III. ¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit.

Item ex sexta synodo, cap. 9.

Nulli clerico licet tabernam, i aut ergasterium habere. Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis alius ministrare in ea? Si quis veritate quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

1 ¶ Tabernam, aut ergasterium ¶ Græci est, xamnd, id est, cauponariam, id est, cauponariam tabernam.

C. IIII. ¶ Nisi necessitate compulsi clerici tabernam non ingrediantur.

Item ex concilio Carthagini, c. 27.

Clerici b. edendi vel bibendi causa, tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis necessitate compulsi.

C. V. ¶ Corripendus est episcopus, qui convivium occupatur.

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. in diti. 10. epist. 14.

Multis ab urbe tua venientibus, frater charissime, iudici, pastoralis cura derelicta, solite convivii occupatum: que audita non crederem, si hæc actionum tuarum experientiam approbarem. Nam quia nequam lectionis ista deas, nequaquam exhortationis invigiles, sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in refectorium, quod eis, sub quibus es positus, servare reverentiam necesse.

C. VI. ¶ De eodem.

Item ad eundem lib. 2. epist. 37.

Convivia, que ex intentione impendendæ charitatis sunt, rectè vestra fraternitas e in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est, quia tunc ex charitate veritate procedunt, cum in eis nulla absentium vitia mordetur, nullus ex irrisione reprehenditur, nec in eis inanes secularium negotiorum fabulæ, sed verba sacre lectionis audiuntur: cum non plus, quam necesse est, levitur corpori, sed sola ejus infirmitas reficitur, ut ad usum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaque si vos in vestris conviviis agitis, abstinentium, d fateor, magistri estis.

C. VII. PALEA.

Item ex concilio Nannetensi.

a Com. Aquiligran. cap. 6. Burch. l. 2. c. 131. Ivo part. 6. cap. 207. b Aquiligran. concilio. Burch. l. 2. cap. 130. Ivo p. 6. cap. 206. c al. sanctiani. d abstinentia.

Nillus a presbyterorum, quando ad anniversarium diem, trigessimum, aut septimum, vel tertium alicujus defuncti, aut quacunq; vocatione ad collectam presbyteri convenit, se inebriare ullatenus præsumat, nec precatus amore b sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare; nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia joca, vel urso, vel tomaticibus ante se fieri c patiat: nec larvas demonum i ante se fieri consentiat: quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

1 ¶ Demonum ¶ Burchardus addit, quas vulgo Talamas dicunt.

C. VIII. ¶ De eodem. PALEA.

Quando a autem convenierint presbyteri ad aliquod convivium, aliquis e prior illorum, verum autem mensam incipiat, & cibum benedicat: & tunc secundum ordinem sedeat, ubi alteri honorem præbentes; & per vices cibum & potum benedicat, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et s post resurrectionem similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum ¶ Domini, sicut in cena factis legitur: & sic se continent omnes presbyteri maxime in talibus locis, ut non vituperetur ministerium illorum.

C. IX. ¶ De eodem. PALEA.

Item ex eodem.

Quando b presbyteri per Kalendas simul conveniunt post peractum divinum mysterium, ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectorem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant: ne per talia inhonesta convivia se invicem gravent: quia indecens est, & onerosum; sæpe etiam tarde ad ecclesiam redeunt, majus damnum de reprehensione consequuntur, quod h de gravamine mutua contrahunt, quam lucrum ibi faciant. Nam de huiusmodi conventu Paulus Corinthios reprehendit, qui inconvenienter cenam Dominicam manducare conveniebant. Sic & qui ad cenam Dominicam, id est, ad collationem verbi sub occasione conveniunt, & ex veritate n ventris causa conjunguntur, reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis coram Deo, & hominibus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad ecclesias redeant.

C. X. ¶ Christiani ex symbolo convivium non celebrant.

Item ex concilio Laodicensi, c. 35.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolo (quæ p vulgus comestitia appellat) convivium celebrare.

C. XI. ¶ Sacrorum scripturarum lectio sacerdotibus semper convivium ministratur.

Item ex concilio Toletano 3. c. 67.

Pro q reverentia Dei & sacerdotum, id universa sancta constituit synodus, ut (quia solent crebro mensis otiose fabule interponi) in omni sacerdotali convivio lectio divinarum scripturarum miscetur. Per hoc enim & animæ edificantur ad bonum, & fabulæ non necessitatè prohibentur.

a De consilio, dist. 3. c. nullus. Burch. l. 2. cap. 161. Ivo p. 6. c. 212. b al. in amore. c al. facere permittat. d Burch. l. 2. cap. 162. Ivo p. 6. c. 213. e decanus, aut aliquis. f Burch. g Matt. 26. h Burch. l. 2. c. 164. Ivo p. 6. cap. 215. i al. ministerium. k c. 1. al. cibi. m n. Corinth. 21. n al. inebrietas. o Com. Aquiligran. c. 13. Rab. in pa. c. 27. p Ista sunt addita loco c. 13. dist. 3. q Burch. l. 2. c. 163. Ivo p. 6. cap. 260. Raban. in part. c. 28. Apud Martin. Brava.

C. XII. *¶ De confertis nec convitiis facere, nec ante horam diei scribam clericis commovere licet.*

Item ex concilio Martini Papa, c. 61. & 66.

Non a liceat sacerdotibus, vel clericis, sed nec religio-
sis laicos convitiis facere de confertis. ¶ Nec oportet
vix in convivio, nec aliquando clericos, nisi hymno dicto, comedere panem, & post cibos gratias au-
ctori Deo referre.

Si ergo laici comestiones damnales sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (ut Hieronymus b ait) evasium sensum generat: cum sacerdotale sensus contra vigilare debeat, & tenuis: atque ideo edacitatem vici obnoxii in sacerdotes ungi non debent. Et enim (ut ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitium bello subjacent, nequaquam per predicationis usum praesse magisterio ceterorum debent.

DISTINCTIO XLV.

Sequitur c (non percussorem.) Non enim oportet episcopum
ita esse infensibilem, & perturbati sensus, ut percussor
patiens, qui debet esse pater: sed sequatur eum, qui dorsum
passus ad flagella.

C. I. *¶ Verborum correptione, non verberibus timere debet episcopus.*

Unde Gregorius scribit Joanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 72. al. cap. 9.

Quid d autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra novit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius predicator dicit, *¶ [Argue, absterge, increpa in omni patientia & dolentia.]* Nova vero atque inaudita est ista praedicatione, quae verberibus exigit fidem.

C. II. *¶ De eodem.*

Item in concilio Romano sub Sylvestro, c. 77.

Neminem f quisquam peccantem clericum corde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus clericum, vel servitorem ecclesiae ad eadem perducatur. Sed si ita causa exigit clericum, triduo privetur honore, ut poenitentiam redeat ad matrem ecclesiam.

C. III. *¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui provocandi.*

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapol. lib. 11. epist. 21.

Qui sincera intentione extraneos ad Christianam religionem ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis non asperitatibus debent studere, ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat revocare, pellat procul adversitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine ad consuetam ritum sui volunt eultura suspendere, suas illi magis, quam Dei causas protrahunt attendere. ¶ Iudaei h liquidem Neapoli consistentes quesi nobis sunt, asserentes, quod quidam eos quibusdam feriarum suarum solemnitatibus irracionabiliter nantur arcere, ne illis sit licitum festivitatum suarum solennia colere, sicut eis nunc usque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit observare. Quod si ita se veritas habet, supervacua rei videntur opera dare. Nam quid utilitatis est, quando, etiam contra longum usum fuerit vetiti, ad fidem illis, & conversionem nihil proficit? Aut cur Iudaeis, qualiter caeremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, ut

a Burch. l. 2. c. 165. Ivo part. 6. cap. 26. cap. 66. b Epist. ad Neopolitanum. lib. 2. cap. 10. c 1. Tim. 3. & ibi gl. ordin. & Anselm. ex Hieron. ad Oceanum. d Jo. Diac. lib. 3. c. 9. Polyc. lib. 4. tit. 9. e 2. Timoth. 4. f Nemo. orig. g al. plani. h Ivo p. 2. cap. 103. i al. adhibere.

ratione potius, & mansuetudine provocati, sequi nos velint, non fugere: ut eos, ex eorum coalicibus ostendentes, quod dicimus, ad sinum matris ecclesiae Deo possumus adjuvante convertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout poterit, Deo adjuvante, ad convertendum accendat, & de suis illis solemnitatibus inquietari demum non permittat: sed omnes festivitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quam parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant observandi, celebrandi, licentiam.

C. IIII. *¶ Non severitate, sed benevolentia subditos per alios corrigant.*

Item Gregorius IIII. in epistola episcopo per Galliam, & Germaniam celsituti.

Licet & plerumque accidant in sacerdotibus, quae sunt reprehendenda, plus tamen ega corrigendos agat benevolentia, quam severitas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quam potestas: cum nomen nostrum sine reprehensione, aut sine peccato vivat. Nam si Dominus & statim post triam negationem beatum Petrum Apostolum praecceptorem nostrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, receperit. Expectandi ergo, atque corrigendi magis sunt rectores ecclesiae, quam statim iudicandi: cum majora negotia, & difficiliore causarum exitus, sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi expectatione consecrati, iubeant sub nostrae sententiae expectatione suspendi, nostraeque moderamine finire. Unde necesse est hae, & alia ecclesiastica quaeque negotia post multorum experimenta causarum sollicitus perspicere, & diligenti praecaveri: quemus per scriptum charitatis, & pacis omnis materies scandalorum, & praesumptio invidorum, atque opprobrio simplicium fratrum ecclesiae Domini auferantur. Et sicut non vult quidem fatuum se aliorum iudicio praevarari, ita non audeat alii inferre, quod sibi non vult fieri. Iudaei non sunt cogendi ad fidem, quam tamen si inviti susceperint, cogendi sunt retinere.

¶ Invidiorum] In epistola Gregorii IIII. (quae est in scripto memorato codice bibliothecae Dominicanae,) & aliquos vestros exemplaribus Gratiani legitur, Iudaeorum.

C. V. *¶ Sicut non sunt Iudaei ad fidem cogendi, ita nec conversi ab ea recedere permittuntur.*

Unde in concilio Tolerano 4. c. 36. statutum est.

De Iudaeis autem praecipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui f enim vult Deus, misereatur, & quem vult, indurat.] Non tales inviti salvandi sunt, sed volentes, ut integre forma iustitiae. Sicut enim homo propriae arbitrii voluntate serpenti obediens perit, sic volente se gratia Dei propriae mentis conversione homo quisque credendo salvatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate convertantur, laudandi sunt, non potius impellendi. Qui autem jam pridem ad Christianitatem coacti sunt venire (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia jam constat eos sacramentis divinis initiatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate unctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse particeps, oportet, ut fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.

a Infra ea. cap. licet. Ivo part. 1. cap. 61. b al. commo. c Math. 26. d proficisci. orig. e Burch. lib. 2. cap. 10. part. 1. cap. 276. & part. 2. cap. 94. Panorm. lib. 1. cap. 10. f Rom. 10.

C. VI. *De benevolentia plus quam severitas erga corrigendos agat.*

Item Leo Papa, epist. 22. ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, c. 1.

Lect a nonnunquam accidunt, quae in sacerdotibus sunt reprehendenda personis, plus tamen erga corrigendos agat benevolentia, quam severitas, plus cohoratio, quam comminatio, h. plus charitas, quam potestas. Sed hi, qui quae sua sunt querunt, non quaerunt Christum, facile ab hac lege discernuntur: & dum dominari magis, quam consolare subditis querunt, placet honor, inflat superbia, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam.

C. VII. *De deiciatur ab officio presbyteri, & diaconi, & Episcopos verberibus timeri querunt.*

Item ex canone Apostolorum, cap. 28. juxta primam versionem.

Episcopum & aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per hujusmodi violentem timeri, deici ab officio suo precipimus, quia nunquam nos docuit hoc Dominus. E contrario vero ipse d. cum percuteretur, non reprobatur: cum malediceretur, non remaledecatur: cum pateretur, non comminabatur.

C. VIII. *Non verberibus, sed verbis subditos Episcopi corripiant.*

Item ex concilio Baecarensi 3. c. 6.

Cum beatus Apostolus de arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia praecipiat, extra hanc doctrinam novimus quosdam ex fratribus tantis caedibus in honoratos s. libidinis effervere, quantas poterant latrocinantium promereri persona. Et ideo, qui gradus jam ecclesiasticos meruerunt, id est, presbyteri, abbates, & levites, qui ex ceptis gravioribus & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, ut passim unusquisque trahatur honorabiliora membra sua, prout voluerit & ei placuerit, verberibus subiciat & dolores: ne dum incaute subdita percussit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reverentiam subtrahat, juxta illud, quod quidam sapiens dixit: [Leviter & castigatus reverentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimis increpato nec correptionem recipit, nec salutem.] Et ideo, si quis aliter quam dictum est, praedictos honorabiles subditos, licentia percepta potestatis elatus, malitia animi tantum, crediderit verberandos, juxta modum verberum, quae intulerit, excommunicationis pariter & exilii sententiam sustinebit.

2. pars. Salomon vero contra admonet, dicens, h. [Percute filium tuum virga, & liberabis animam ejus morte.] Hinc B. Gregorius scribit in dialogo, B. Benedictum quendam monachum virga percutiendo sanasse, quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus s. flagello facto de sancti illi, male vocati in templo flagellavit, & de orationis dono eiecit. Hinc etiam Apostolus k. fornicatorem illum carnaliter vexandum tradidit: & magnum l. illum corporali excitate damnavit. Hinc etiam in canonibus m. pueri qui ante rationales annos irrationabiliter vexantur, verberibus castigari jubentur. Virgines quoque, si frequenter esse deposita alius se copulaverint, ergastulorum reus praecipiantur.

a sup. ea. cap. licet. Poly. lib. 4. tit. 49. b al. commotio. c Anj. 1. 6. 119. Poly. lib. 4. tit. 9. d 2. Petr. 2. e 2. Tim. 2. f sic in codice regio. g Leniter. h Proverb. 23. * L. d. lib. 4. i Ioan. 2. k 2. Cor. 1. l Al. 13. m Sicutus Papa epist. 22. cap. 6. ad cap. 29. Job. post. part. 2. cap. 3. L. reg. epist. 22.

C. IX. *Disciplina non est servanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina.*

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. part. 4. c. 6.

Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si una sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie faviens disciplina. Hinc est, quod semivivi illius vulneribus, qui a Samaritano a in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleum, ut per vinum mordeantur, & per oleum foveantur: quatenus unusquisque, qui sanandis vulneribus praestitit, in vino morium distractionis adhibeat, in oleo molliem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foveantur. Miscenda est ergo lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. Hoc nimirum illa tabernaculi b arca significat, in qua cum tabulis virga simul & manna esset: quia cum scripturae sacrae scientia, in boni rectoris pectore, sit est virga distractionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam David e ait: [Virga tua, & baculus tuus, ipse me consolatus sunt.] Virga etenim percussit, & baculo sustentantur. Si ergo est distractio virgae, quae feriat, sit & consolatio baculi, quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate faviens: sit pietas, sed non plus, quam expedit, parcens. Intueri libet in Moyfi pectore misericordiam cum severitate sociatam. Videmus amantem pie & stricte favientem.

¶ Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos penè invenibilem contraxisset offensam, ita ut ejus rector audiret: [Discede a peccator populus tuus.] ac si ei divina vox diceret: qui tali peccato lapsus est, jam meus non est; atque subjungeret: [Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.] Ille semel & iterum pro populo, cui praeerat, obicem se ad impetum Dei irascens opponens, ait, [Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.] Pensemus ergo, quibus visceribus eundem populum amavit, pro cuius vita de libro vitae deleri se petit. Sed tamen iste, qui tanto ejus populi amore constringitur, contra ejus culpas pensamus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim ut petitione prima, ne delerentur, culpa veniam obtinuit, adeundem populum veniens, ait e, [Ponam vir gladium suum super semos suos: sic & redire de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntque in die illo quasi viginti tria milia hominum.] Ecco qui vitam omnium etiam cum sua morte petit, paucorum vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accessus est zelo severitatis. Tanta fuit pietas, ut se pro illis coram Domino morti offerret, non dubitaret: tanta severitas, ut eos, quos divinitus feriri timerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amavit eos, quibus praesuit, ut pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amavit, ut eos etiam Domino parente proferret. Utrobique legatus fortis, utrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus, causam Dei apud populum gladiis allegavit. Intus amans divinam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus, ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum, citius exaudivit agentem pro populo; quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine

a Luc. 10. b Heb. 9. c Psal. 22. d Exod. 23. e Ibid. F

cere, & omnes in dicitur adducere: Polluitur enim ex uno peccatore populus. Sicut ex una ove morbida univertus grex inficitur, sic uno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente, plebs univertis polluitur.

Hinc etiam dicitur a dicitur: [Redorem subditu pectus matrem, dicitur viti patrem rebelleam.]

¶ *4 pars. ¶ Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam turbat.*

C. XVIII. ¶ *Qui sermone in casto conscientiam percussit infirmorum, percussor vocatur.*
Unde Anacletus Papa episcopus ad Episcopos Italiae.
Sane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percussit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, & recte viventes, atque rectam fidem tuentes, consolidare.

DISTINCTIO XLVI.

¶ *Episcopus b [Non litigiosum.] Nihil est enim impudens arrogantis iustitiam, qui garrulitatem auctoritatem patitur, & parati ad litis, in subiectis rudis intonat: quod ex arrogantia & superbia provenire manifestum est.*

C. I. ¶ *Arrogantes velint inferre humilitatem que docent.*
Unde Gregorius scribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12 ad c. 33. 16.

Hoc habet proprium doctrina arrogantium, ut humiliter nesciant inferre quod docent: & recta, quae sapienter, recte ministrare non possunt. In verbis enim eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosque quos docent, ut longe infra se possint, veluti in imo respiciunt, & quibus non consulendo loqui, sed vix dominando diguntur. Recte autem his per prophetam Dominus dicitur: *[Vix autem cum austeritate imperabaris eis, & cum potentia.]* Cum austeritate enim & potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed asperè insectare dementius festinant. At contra vera doctrina tanto vehementius festinat. At contra vera doctrina tanto vehementius festinat. At contra vera doctrina tanto vehementius festinat. At contra vera doctrina tanto vehementius festinat.

¶ *2 pars. Ecce, quare litigiosi prohibentur in Episcopis ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namque, vel adulatores animo principum sibi conciliant, vel fratres sui dominando, infamiam suam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando, seditionem nunquam facere cessant: quo omnia in prelatu damnabilia esse probantur.*

C. II. ¶ *Dei qui peccatoribus adulantur.*
Unde Gregorius scribit in moralibus, lib. 11. par. 4. cap. 2. ad cap. 27. 16.

Sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus effertur, augent quae increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur: *[Vix f qui consuevit pulvillus sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universae aetatis.]* Ad hoc quippe pulvillus ponitur, ut mollius quiescat. Quisquis ergo male agentibus adulatur, pulvillum sub capite vel cubito iacentis ponit, ut qui corripit ex culpa debuerat, in eo sultus laudibus mollior quiescat. Hinc rursum scriptum est: *[Ipsi g adulatores parietem, sibi autem lineabant eum.]* Parietis

quippe nomine, peccati dicitur designatur. Adificare ergo parietem, est contra se quempiam obacula peccati confruere. Sed parietem liniunt, qui peccata perperantibus adulantur, ut quod illi perverse agentes edificavit, ipsi adulantes quasi nitidum reddant. ¶ Sed sanctus vir sicut mala de bonis non affirmat, ita iudicare bona de malis recusat, dicens a. *[Abste a me, ne iustis vos iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.]*

C. III. ¶ *Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur.*
Hinc etiam in concilio Carthagenensi 4. c. 38. legitur.

Clericus h, qui adulationibus & proditionibus vacat deprehenditur, ab officio degradetur.

C. IV. ¶ *Excommunicentur ab Episcopo qui fratribus non probanda obijciunt.*
Item ex eodem concilio, c. 57.

Aculatores fratrum Episcopus excommunicet, qui non probanda fratribus obijciunt. Et si emendaverint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum.

¶ *Qui non probanda fratribus obijciunt.] Verba ista sineque in originali, neque in multis Gratiani antiqui, codicibus habentur.*

C. V. ¶ *Removeatur ab officio clericus maledicus, furta, & fratrum profectibus invidens non promoveatur.*
Item ex eodem concilio, c. 37.

¶ *Rubrica haec pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

Clericus e maledicus (maximè in sacerdotibus) cogatur ad postulandum veniam; si noluerit, degradetur: nec unquam ad officium abique satisfactione revocetur.

C. VI. ¶ *De eodem.*
Item ex eodem concilio, cap. 60.

Clericus d scurrilem, & verbis turpibus joculariorem, ab officio retrahendum censemus.

C. VII. ¶ *De eodem.*
Item ex eodem, c. 54.

Clericus e invidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoveatur.

C. VIII. ¶ *Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant.*
Item ex eodem, c. 67.

Seditionarios f statim nunquam ordinandos clericos, sicut nec usurarios, nec injuriarum suarum ultores.

C. IX. ¶ *Ufus exigeri clericis minime licet.*
Item ex concilio Leodicensi, c. 5.

Non g licet feneratori ministris altaris, vel in sacerdotali ordine constitutis, vel usuris, vel lucra, quae seculi b dicuntur, accipere.

C. X. ¶ *Nec suo nomine, nec alieno clericus fenerator existat.*
Item Leo Papa Episcopus per Campaniam, episcopus 1. cap. 4.

Sicut a non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere se quis attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis alienis impendere. Fumus autem hoc solum aspicere & exercere debemus, ut qui his misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus.

a Greg. p. 10. 2. p. c. 6. b 1. ad Tim. 3. c. 1. ibi glossa ordin. c. Anselm. Hieronym. in epistol. ad Oceanum. c. al. despectus. d. Greg. 34. c. al. cognoscere. f. Exch. 13. g. Ibidem.

a Job. 27. b Bur. l. 2. c. 176. l. 10. p. 6. c. 367. Pam. l. 3. cap. 173. c. Bur. l. 2. c. 66. l. 10. p. 11. c. 11. & p. 12. c. 66. Anselm. l. 7. c. 19. d. Bur. l. 2. c. 172. l. 10. p. 6. c. 243. & p. 11. c. 79. Pam. l. 3. c. 172. e. Bur. l. 2. c. 16. l. 10. p. 6. cap. 31. Agath. conc. c. 69. f. Bur. l. 2. c. 17. l. 10. p. 6. c. 36. g. Anselm. l. 7. c. 19. h. al. seculi. i. Bur. l. 2. c. 12. l. 10. p. 6. c. 66. k. al. accipere.



DISTINCTIO XLVII.

¶ Quid autem in fine huius capituli usurarii ordinari prohibentur, inde est, quod usuram exercentes cupiditate deferuntur: capiti autem ab Apostolo a ordinari prohibentur 3 quia tales facile a iusto deviant.

C. I. ¶ Diaconus, presbyter, & Episcopus exigent usuras, nisi desierit, deponatur.

¶ Unde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur. Episcopus b, aut presbyter, aut diaconus usuras a debitoribus exigens, aut definat, aut certe deponatur.

C. II. ¶ Usuras exigens, sine clericis, sine subditis, regulo, deprecatur.

¶ Item ex concilio Nicarno, cap. 17.

¶ Quoniam c multi falso regula constituti avaritiam, & turpia lucra sectantur, obliuiscuntur divine scripturam dantes, centesimas exigunt, iuste censuit sancta & magna synodus, ut si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipiens, aut d. ex adinventione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens, aut hemiola, id est, sexcupla. i. e. exigens, vel aliquid tale profus excogetans turpis lucri gratia, deiciatur a clero, & alienus existat a regula.

¶ Sescupla ¶ Hoc sescuplaturam usurarum genus, quantum gravissimum, in frugibus humidis, vel arenis, constitutum lege permissum, quia non extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. ult. de usura. l. 1. Eadem perimit, quod scribit Hieronymus in commentariis in Ezechielem, lib. 6. c. 11. hu. verba. Solent in agris frumenti & milii, vini, & olei, ceterarumque specierum usura exigi, sive, ut appellat sermo divinus, superabundantia: verbi gratia, ut hanc recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediam. Quomodo hanc rationem, qua Patres illi omnia pecuniarum usuras clericis interdixerunt, voluerint etiam sescuplaturam frugum expresso iudicio interdixere. Postea vero in aliis concilio, & a Romano Pontifice, genus omne usurarum, quantum iuri naturali ac divino contrarium, tam clericis, quam laici fuerit interdixit, quemadmodum apparet in Decretalibus, ut de Usur.

C. III. ¶ Temporalibus lucris deservientes, Deo nequaquam militare probantur.

¶ Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 21. in 23. cap. Job. scribit, dicens.

¶ Omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in celestibus debiles. Nam pro temporali gloria usque ad mortem desiderare appetunt, & pro perpetua na parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet injurias tolerant, & pro celestis mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione vero coram Domino vel unius horum momento lassantur: saepe invidiam, & dejectionem, famem pro acquirendis divitiis atque honoribus tolerant, & eorum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superbia autem laboriose quarere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes,

a. 1. Tim. 3. b. Borch. lib. 2. cap. 119. l. 2. cap. 195. & p. 13. cap. 19. Fam. lib. 3. cap. 17. inf. 14. g. 4. c. 2. ex. alia versione: Polyb. l. 4. p. 11. Rab. l. p. c. 32. c. Borch. l. 2. c. 129. Ansel. 7. c. 114. l. 2. p. 6. 1. 196. & p. 13. c. 1. d. redondat ista particula. e. al. sc. quipia. f. al. sc. quipia.

& in celestibus debiles; sed longius, atque detinatus, studiosos se Deo exhibent, quam seculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per predicatorem carum fecum dicitur: a. [Humanum dico propter infirmitatem carni vestra. Sicut enim exhaustis membris vestra, servare inanimata & iniquitate ad iniquitatem, ita non exhibere membra vestra servare possitis in sanctificationem?] eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis aperit diceretur, insequamur amplius potestis, saltem tales estote, in fructu honorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliore vos habeat. sancta libertas acris, quos in carne validos habitus, terrens voluptatis.

¶ Acri ¶ Apud B. Gregorium legitur, sancta libertas heredes: vel, sancta libertas charitatis, quam in carne. In uno autem exemplari Gratiani Vaticano, celestis conversationis, quod in glossa ad explanandum dictionem, acris, asseritur.

C. IV. ¶ Ad sacrorum ordinis usurarii promovendi non debent.

¶ Item Gregorius clero, & civibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

¶ De b. Petro insuper ad nos pervenisse cognoscitur, quod solides dedit ad usuram: quod vos oportet cum omni subtilitate perquirere: & si ita confiteri, alium eligite, & ab huiusmodi persona felle mota suspendite. Nam nos amatoribus usurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero sublimi habita inquisitione, hoc fallum esse patuerit, (quia persona eius nobis ignota est, & utrum ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus) cum decreto a vobis facto ad nos cum venire necesse est; ut vitam moresque illius sollicitius inquirentes, sensum, quoque pariter agnoscamus, ut si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adjuvante Domino) desideria compleamus.

C. V. ¶ Degradetur clericus, qui usuras accipere detegitur.

¶ Item concilio Eliberitano, c. 20.

¶ Si c. quis clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit degradari, & abstinere.

C. VI. ¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet.

¶ Item Leo Anathole Episcopo Constantinopolitano, epist. 11.

¶ Vltimum d. catholicum, & praxipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura c. [Post concupiscentiam tuam non es.] Mens enim potentia f. avida nec abstinere novit a veritate, nec gaudere concessis, nec i pietati adhibere consentium.

¶ Nec pietati ¶ Hoc postremum orationis membrum ab illi ab originali, sed habetur etiam apud Ambrosium.

C. VII. ¶ Qui cupiditatem a se non abscindit, bonum non auctori inherere non valet.

¶ Item Gregorius, l. 7. ep. 100.

¶ Onorum auctori inherere alter non valet, nisi cupiditatem a nobis (qua g. omnium malorum radix est) abscindamus.

C. VIII. ¶ Avari est hominum bona invadere, quorum necessitatibus subvenire valet.

¶ Item Ambrosius * de eo, quod scriptum est in Evangelio h. [Homini cuiusdam divitiis fultus ubi reversus attulit.]

¶ Sicut i. ii, qui per infantiam mente translati sunt, non jam res ipsas, sed passionis fur phantasias vident.

a. Rom. 6. b. Ansel. l. 2. c. 10. lib. 2. tit. 1. c. 1. p. 13. c. 12. Paul. d. 3. c. 13. d. Ansel. c. 130. c. 1. Euseb. l. 1. f. al. pecunia. g. 1. Tim. 6. * Serm. 1. h. Luc. 12. i. Ex Basilius homilia, ad eundem Evangelii locum.



ita etiam mens avari semel vinculis cupiditatis adhi-
 eta, semper aurum, semper argentum videt, semper re-
 ditus computat, gratius aurum intuetur quam solem: a
 ipsa ejus oratio & supplicatio ad Dominum, aurum
 querit. *Post pauca.* Interdum etiam usura arte ne-
 quissima, ex ipso auro aurum nascitur. Sed quid agis:
 Nec fatietas unquam, nec finis adierit cupiditati. *Et in-
 fa.* Sed ais: quid iniquum est, si cum aliena non in-
 vadat, propria diligenter seruo? O impudens dictum!
 Propria dicitur quia: ex quibus reconditis hunc man-
 dum detulisti? Quando in hanc ingressus es lucem,
 quando de ventre matris exiisti, quibus quoque facul-
 tibus, quibusque subsidiis stipatus ingressus es? *Et post
 pauca.* Proprium nemo dicit, quod est commune, quod
 plus quam sufficeret sumptum, etiam violenter
 obtentum est. *Et infra.* Numquid iniquus est Deus,
 ut nobis non equaliter distribuat vite subsidia? ut tu
 quidem esses affluens, & abundans, aliis vero deceret, &
 egerent? An idcirco magis, quia & tibi voluit benigni-
¶ Si ex fide. ¶ He verba concilii sunt in compendioso redacta: omnino autem versus Diversi, quam attulerunt Burchardus & Ivo, propriis accedit ad verba Græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex versibus, quos Gratianus videtur secutus.

¶ Nec Evangelium pronuntiet. ¶ In versione antiquiore est, nec pronuntiet, in alia quam Burchardus attulit, vel prædicando, Græce, «νενοεον»: quod proprie significat Evangelium & fidei doctrinam prædicare.

¶ Sed illud Hieronimo Papa desidijs & negligentibus, non vere penitentes reparare prohibet. ¶ Illud autem Hieronymi fateri hoc esse difficile, non impossibile. ¶ Basilii autem circa delinquentes visum iustitiam servandum ostendit, quem circa penitentes alii relaxantiam servandum ostendit. ¶ Possunt & aliter distinguere præmissa sententias. Quorum enim crimina manifesta sunt, ante vel post ordinationem, a sacerdotibus deiciendi sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata, in propriis ordinibus remanere possunt.

C. XXXIII. ¶ Non potest restitui in sacerdotem, cuius crimen fuerit manifestum.

Unde Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Sacerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, & b. criminis manifestus, si ve offensus fuerit actus, sacerdotis non possunt habere honorem, secundum canonicam institutionis auctoritatem.

C. XXXIV. ¶ Qui valetur reparari post lapsum, vel non.

Item Rabanus Archiepiscopus scribit ad Horibaldum, lib. Pan. cap. 1.

De his vero vilium est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, ante, vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus continentur. In quibus, ut mihi videtur, hæc distantia esse debet, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacerdotum instituta, a proprio gradu decedant: quia scandalum est populo Deitales personas supra d. se positas habere, quæ ultra modum vitiosas esse constar. Nempe inde retrahuntur homines a sacrificio Dei (sicut e quondam, Heli filius peccantibus, fecisse leguntur) & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis absconditè se admittit, per occultam confessionem coram oculis Dei præsentem etiam sacerdotem, qui eis inditurus est penitentiam, confitentur, & semetipsos graviter deliquisse queruntur, si se per jejunia, & elemosinas, vigiliæque, & sacras orationes purgare certaverint, his etiam gradu servato, spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

¶ Si se per jejunia. ¶ Sic etiam in manuscriptis, & apud Ivo, & Pannormiam. In originali autem legitur, si veraciter penituerint, & se per jejunia, iternis, Burchardus, qui cap. hoc citat ex consilio Herdonsi.

¶ De lapsis etiam in hæresin hoc observandum est, ut ante sententiam concilii nullus eis committatur.

¶ Raba. pan. cap. 1. In consilio concilii Vormaciensis, cap. 11. Vide Ivo, non part. 10. c. 10. Pannorm. lib. 3. c. 126. b. al. ma. c. Burchard. lib. 19. cap. 150. Ivo, p. 1. c. 400. Pannorm. lib. 3. c. 122. d. al. super postrem. e. 1. Reg. 2. f. al. Angelus.

a. Raba. pan. cap. 1. In consilio concilii Vormaciensis, cap. 11. Vide Ivo, non part. 10. c. 10. Pannorm. lib. 3. c. 126. b. al. ma. c. Burchard. lib. 19. cap. 150. Ivo, p. 1. c. 400. Pannorm. lib. 3. c. 122. d. al. super postrem. e. 1. Reg. 2. f. al. Angelus.

ri. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipit communionem.

C. XLIV. ¶ De his qui voluntate, vel casu homicidium faciunt.

Item ex capitulis Martini Bracarensis Episcopi. c. 72.

Si quis voluntarie homicidium fecerit, ad januam ecclesie catholice tempore subiacet, & communionem in exitu vite suae recipiat. Si autem non voluntarie, sed casu aliquo homicidium fecerit, prior canon septem annis agere penitentiam iussit, secundum canon quinq; mandavit.

C. XLV. ¶ De eodem.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui faccum.

¶ Si b. faccum habentem pecuniam furripuerit, furti actione, etiam facci nomine, tenetur, quamvis non sit ei animus facci furripicendi.

C. XLVI. ¶ De eodem.

Contra Antonium, non opus pueri lib. 9. cod. tit. ad leg. Cornel. de fidei. exemplo sacrorum literarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.

¶ Vm qui a seuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis ictu mortis occasio praeibit videatur, si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni inetu ac suspitione, quam ex admittit rei discrimine fulminet, secundum id quod ad notatione nostrae comprehensionis est, volumus liberari.

C. XLVII. PALEA.

¶ Item Imperator Antoninus. c. ad leg. Cornel. de fidei. l. 1.

¶ Rater vestre relictus fecerit, si se praefidi provinciae obtulerit. Qui si probaverit non occidendi animo hominem a se esse percussum, remissa homicidii poena, secundum militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improvviso casu potius quam fraude accidunt, factio plerumque, non noxa imputantur.

C. XLVIII. ¶ De eodem.

Hinc & Gelasius o. Papa.

¶ Quantum dicit ille Placidus d. anno praeterito dictum est de morte illius, quia subito inter caballos inventus est, & dum traherentur caballi, collisus est illa, & abortum fecit. ¶ Quod si ita est, forte si caballos alienos tulerit, inde est culpabilis. Nam de muliere quae casu inter caballos confecta est, ubi voluntas illius non agnoscitur peccata fuisse, non potest, nec debet addici per leges.

C. XLIX. ¶ De eodem.

Item Nicolaus Papa.

¶ Hi qui arbores incidere videntur, si contigerit, ut cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt atque innoxii, quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, mortis hominis interitus cognoscitur advenisse, abiciendi sunt a gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

C. L. ¶ De eodem.

Item ex concilio Vormaciensi, cap. 25.

¶ Saepe contingit, dum quis operi necessario insistentem arborem incidere, ut aliquis subitus ipsam veniens deprimat. Et idcirco, si voluntate, vel negligentia incidens arborem factum est, ut homicida, poenitentia debet omnino submitti. Quod si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit, sed dum ille operi necessario fortassis incumbere, ille imperatus occurrens sub arboris improvviso devenit, & sub ipsa oppressus est, incisor arboris non tenetur pro homicida.

a Ivo part. 10. cap. 37. b Pandect. l. 47. tit. 2. leg. 79. c al. Telagius. d al. Placidius. e Burchardus lib. 6. cap. 32. Ivo part. 10. cap. 118.

C. LI. ¶ De eodem. Item ex concilio Triburien. cap. 36. [Sed ibi copiosius.]

¶ Si duo fratres in sylva arbores succiderint, & appropinquante calura ipsius arboris, frater dixerit fratri, cave, & ille fugiens in pressuram arboris incidit, & mortuus fuerit, vivens frater innocens de sanguine Germani dijudicetur.

¶ Praesens auctoritas lapsu permittitur, ut post penitentiam in suis ordinibus reparari valeant: ad majorem autem confondere post lapsum nulla. ea auctoritate permittitur, imò penitus prohibetur.

C. LII. ¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad majora conferre.

¶ Unde in Merdensi concilio, cap. 5. legitur.

¶ Hi b. qui altario Dei deserviunt, si subito inflenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente, digne poeniterint, ita ut mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate Pontificis, vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesiae corpore segregare: ita tamen, ut sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia ulterius promoveri. ¶ Quod si iterato 1. velut canes ad vomitum reversi fuerint, & veluti fues in volutabris lutu jacuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi iterato non percipiant.

1 ¶ Quod si iterato] Haec usque ad finem alius in codicibus illis Gratiani, a quibus palea abesse solent. In alio autem hic praesens est nomen palea.

2 ¶ Et veluti fues in volutabris lutu jacuerint] Haec non legitur in antiquis editionibus conciliorum, Colonien. ac Parisien. duobus codicibus Vaticanis, Lucensibus, neque ff. 1. q. 3. c. hi qui. Sunt tamen apud Ivonem, & in editione Colon. xv. volu.

¶ Sed exemplo B. Petri, (qui postquam trina negationis maculas confessione diluit amaris, non solum in gradu sui Apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiae a Christo institutus meruit,) probatur lapsi post dignam penitentiam non solum propria officia retinere, sed etiam ad majora posse conferre. Quod autem beatus Petrus post negationem pastor ecclesiae a Domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorii, qui in Homilia c. Dominica resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit dicens.

C. LIII. ¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum a Domino est institutus.

¶ Considerandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctae ecclesiae praesere disposuerat, ancillae vocem pertimescere, & se ipsum negare permisit.

¶ Quod nimirum magna actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, ut is, qui futurus erat pastor ecclesiae, in sua culpa discederet, qualiter aliis misereri debuisset. Prius ita que eum offendit sibi, & tunc praeposuit ceteris, ut ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma toleraret.

C. LIV. ¶ Post negationem in fide & gradu Petrus proficit.

Item Ambrosius in Sermon. 47. de fide Petri.

¶ Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidit. se deservit atque ideo majorem gratiam reperit, quam amisit. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, ut qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutaverat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique

a Burch. lib. 6. cap. 22. Ivo part. 10. cap. 11. b 1. q. 3. c. hi qui. Rabanus pam. cap. 1. Burchard. lib. 19. cap. 74. Ivo part. 10. cap. 17. c Hom. 2. in Evang.

autem comas non depolierint, aut vestimenta non mutaverint, abiciantur. & nisi dignè penituerint, non recipiant. Iuvenis etiam penitentia non facile committenda est, propter aetatis fragilitatem. Viaticum tamen omnibus in morte possitis non est negandum.

C. LXIV. *Quis sint servanda in solemnibus penitentia.*

Item ex eodem 1.

In a capite Quadragesimæ omnes penitentes, qui publicam suscipiunt, aut susceperunt penitentiam, ante fores ecclesie se representent Episcopo civitatis, sicut induiti, nudis pedibus, vultibus in terram demissis, eos se clericis habitu & vultu prostantes. Ibi adesse debent decani, id est, archipresbyteri parochiarum, & presbyteri 2 penitentium, qui eorum conversationem diligenter inspicere debent, & secundum modum culpe penitentiam pro praefatis b gradus injungere.

Post hæc eos in ecclesiam introducant c, & cum omni clero septem penitentiales psalmos in terra prostratus Episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet: tunc refugens ab oratione, juxta quod canones jubent, manus eis imponat, aquam benedictam super eos spargat, cinerem prius mittat, deinde cilicio capita eorum operiat: & cum genuit & crebris suspiriis denuntiet eis, quod sicut Adam projectus est de paradiso, ita ipsi pro peccatis ab ecclesia abiciuntur: post hæc jubeat ministros, ut eos extra januas ecclesie expellant: clerici vero prosequantur eos cum responso, [In d. fides confus tu visus par. 2. & c.] ut videntes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atque commotam, non parvipendant penitentiam. In sacra autem Domini cœna rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris ecclesia liminibus repræsententur.

1 ¶ Ex eodem ¶ Ex Agathensi etiam citant Burchardus & Ivo & Rhabaldus Cardinalis (qui tempore Paschalis Pontificatus) in libro suo, de penitentia publice non iteranda. In uno tamen manu scripto Burchardi exemplari citatur ex Penitentia Romana. Sententia vero in his capitulis magna ex parte habetur in Pontificali, & ordine Romano a pag. 24. usque ad 30.

2 ¶ Et presbyteri ¶ Apud Burchardum legitur, id est, presbyteri.

¶ Hanc penitentiam nulli unquam clericorum agere conceditur, atque ideo huiusmodi penitentes ad clerum admitti prohibentur.

C. LXV. ¶ Clerici non imponatur manus, tanquam penitentibus. Unde in Carthaginensi concilio V. cap. 11. statutum est.

Confirmandum est s, ut si quando presbyteri, vel diaconi in aliqua graviori culpa convicti fuerint, quos a ministerio necesse sit removeri: non eis manus tantum penitentibus, vel tanquam fidelibus laicis imponatur, neque unquam permittendum, ut rebaptizati ad clericatus gradum promovæantur.

C. LXVI. ¶ Nec clerici penitentiam agere, nec penitenti ad clericatum accedere permittitur. Unde in concilio Carthaginensi V. cap. 11. statutum est.

Illud g quoque nos par fuit providere, ut sicut penitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum, ita & post penitentiam, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem clericatus adipisci: quia quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendum sacramentorum

a Burch. lib. 2. c. 26. f. 1. p. 1. c. 41. b al. presbiteros. c al. introducat. d Gen. 3. e al. confirmatum. orig. f Burch. lib. 2. c. 27. p. 1. c. 27. Capitulum. c. 66. g Anselm. 7. c. 20. Burch. lib. 2. c. 27. p. 1. c. 27. p. 1. c. 66.

instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

C. LXVII. ¶ Presbyteri, & diaconi tanquam penitentibus non delent manus imponi. Item Leo Papa Rustico Narbonensi, epist. 90. a cap. 2.

Alienum b est à consuetudine ecclesiastica, ut qui in presbyterali honore, aut in diaconi gradu fuerint consecrati, si pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant penitendi: quod sine dubio ex Apostolica traditione descendit, secundum quod scriptum est: [Sacerdos si peccaverit, qui orabit pro eo?] Unde huiusmodi lapsis ad promerendum misericordiam Dei, privata est expectanda secessio 2: ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.

1 ¶ Sacerdos ¶ Iste sibi indicatur in margine locus iste ex i. Reg. 2. ut s, de penitentia, dist. 1. c. si sacerdos, cum tamen in eo scriptura loca in vulgata legatur, si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? Verum B. etiam Gregorius ad illam locum in moralis interpretatione, talis sententiam elicit. Quis ei intercessor remanet, cum ille se transgrediendo præcipiat, qui ad intercedendum pro aliis ordinatus est?

2 ¶ Secessio ¶ Sic emendatum est ex antiquis codicibus, & epistolâ ipsâ, & hanc lectionem habuit auctor glossæ, quod ex manus scriptis glossis constat: idcirco & in ea emendatione. Antea legebatur, est expectanda successio.

¶ Probantur etiam auctoritate Toletani concilii I. huiusmodi penitentes ad clerum non admittendi: in quo capite 2. sic statutum est.

C. LXVIII. ¶ Causa necessitatis ad clerum penitentes admittantur.

¶ Laicit a, ut penitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum si necessitas aut usus exegerit: & tunc inter officios deputentur, vel inter lectores, ita ut evangelia, aut epistolam d non legant. ¶ Si qui autem ante ordinati sunt diaconi, inter subsidia non habeantur, ita ut manus non imponant, nec sacra contingant. Eum vero penitentem e dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diversis criminibus, gravissimisque peccatis publicam penitentiam gerens, sub cilicio divino fuerit reconciliatus altario.

7 pars. Apostata quoque ad clericatus officium admitti non debent.

C. LXIX. ¶ Ad clericatus officium non admittantur apostata.

Unde in concilio Arelateni II. cap. 25.

¶ Hi g, qui post sanctam religionis professionem apostatant, ad secularem b redeunt conversationem, & postmodum penitentia remedia non requirunt, si ne penitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam jubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post penitentiam, secularem habitum accipere non presumat. Quod si præsumperit, ab ecclesia alienus habeatur.

DISTINCTIO LI.

1 ¶ Cœ, quod criminis, vel non 2: penitentes, vel publicani penitentiam agentes, a sacra prohibentur ordinibus. Adiacet quoque sancta mater ecclesia, ut curiales, aut post baptismum militantes, aut in foro decernentes a sacris prohibeantur ordinibus.

a al. 2. b Poly. lib. 4. tit. 39. Burchardus lib. 2. c. 21. Ivo par. 6. cap. 67. c In esp. Martini Brac. cap. 23. Poly. lib. 2. tit. 21. Burch. lib. 2. cap. 37. Anselm. lib. 7. cap. 31. Ivo par. 6. cap. 138. Pann. lib. 3. cap. 61. d al. Apostolum. orig. e Expenitentem. in cap. Martini Brac. f al. concilio. g Rab. penit. cap. 23. Burch. lib. 2. c. 21. Ivo par. 15. c. 21. h seculares redeunt. orig. G

C. I. ¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, a sacris prohibentur ordinibus.

Unde ait Innocentius Papa Episcopus in Toletano Synodo constitutus, epist. 14. c. 2.

Aliquantos a ex his, qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obtinendi pernicitiam susceperunt, aceros ad sacerdotium esse compertimus, & quorum numero Rufinus & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia, qui cum potestibus obediunt, sava & necessario precepta sunt exequi: aliquantos ex curialibus, qui dum parent potestibus, quae sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates, & editiones populo celebrant, ad honorem summi sacerdotii pervenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerat pervenisse. Quae si singula discutenda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus provincis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis indueamus: idcirco remittenda potius hac putamus. Sed ne deinceps similia committantur dilectionis vestrae maturitas providere debebit: ut tanta usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

C. II. ¶ De quibus laici aliqui ad clericatum non possunt pervenire.

Idem Felici Episcopo Nuceriae, epist. 4. c. 3.

Designata e sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum pervenire non possunt, id est, si quis fidelis militaverit, si quis fidelis causas egerit, hoc est, postulaverit, si quis fidelis administraverit. De curialibus autem manifesta ratio est, quoniam etsi inveniantur hujusmodi viri, qui debeant clerici fieri, tamen quoniam saepius a curia d repetuntur, cavendum ab his est propter tribulationem, qua saepe de his ecclesiae provenit.

C. III. ¶ Non admittantur curiales ad clericale officium.

Idem Valerico Episcopo Rothomagensi, epist. 2. cap. 11.

Præterea e frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea major tristitia, cum de revocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de accito f. ¶ Constat enim eos in ipsis numeribus e etiam voluptates exhibere, quas a diabolo inventas esse non dubium est, & ludum, & mimorum h apparatus aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum sollicitudo & tristitia fratrum, quam saepe pertulimus Imperatore presente, cum pro his scriptis rogaremus, quam ipse nobiscum postus cognovisti: quibus i non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constitutings molestia, ut redderentur, instabat.

C. IV. ¶ Non promovetur ad diaconatum, qui post baptismum ad fideliem necandum accinctus fuerit.

Item ex concilio Toletano I. cap. 11.

Si quis post baptismum militaverit, & chlamydem sumperit, aut cingulum ad necandos fideles, etiam si gratia non admiserit, si ad clerum admittus fuerit, diaconi non accipiat dignitatem.

¶ Ad necandos fideles. Verba haec non sunt in codice Lucensi Regis.

a Quoniam enim i origin. & per interrogationem. b [scilicet] origin. c Polyeb. 2. tit. 31. Anselmus lib. 7. cap. 10. Ivo par. 2. cap. 39. d al. ad curiam. e Ivo par. 6. cap. 399. f al. facti. g al. nonnulli. h al. vel immittunt. i al. ne quibus] etc.

C. V. ¶ A quibus debet esse immunitas, qui in Episcopatum ordinantur.

Item ex concilio Toletano IV. cap. 11.

Qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamia nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam penitentiam se admisisse confessi sunt, qui in haereticam sectam sunt, vel qui in haereticam baptizati, aut rebaptizati essent, qui semper ipsos abscederunt, aut naturali defectu membrorum, aut decessione, aliquid i minus habere noscuntur, qui secundum uxoris conjunctionem sortiti sunt, aut numerosa conjugia frequentaverunt, qui viduam, vel a marito relictam duxerunt, aut corrupturam mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ingrovi sunt, qui neophyti, vel laici sunt, qui seculari militiae dediti sunt, qui curiae nexibus obligati sunt, qui infelii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem querunt, qui numeribus honorum obtinere moliantur, qui a decessoribus in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clericus, nec populus propria civitate elegit, vel auctoritas metropolitana, vel comprovincialium sacerdotum assensus non exquirunt. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotii postulatus, & in his, quae praedicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus probabili vita & doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel civium voluntate, ab universis comprovincialibus Episcopis, aut coram a tribus, in sacerdotum die Dominica conferentibus, convenientibus, vel absentibus, literis suis, & magis auctoritate, vel presentia eius, qui est in metropoli constituta, Episcopus autem comprovincialis ibi conferendus est, ubi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in civitate metropoli, a comprovincialibus ibidem convenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra praedicta verita canonum, ad gradum sacerdotii indignus aspirare contenderit, cum ordinariis suis adempti honoris periculo subiacebit.

1 ¶ Aut decessione aliquid] addita haec sunt ex codice olim Coloniae ac Lueria impressis. In versificatione vero Coloniensi editione legitur, vel decessione, pro, vel decessione.

2 ¶ Aut fornicarias] In codice Lucensi Regis legitur, ad fornicationes: quod videtur intelligendum, de concubinis ad tempus adhibitis, ut supra distincti. 24. c. 19. supra est annotatum.

DISTINCTIO LII.

Verum praeferimus aliquibus gradibus non superius, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tantum a majoribus ablineat, quosque congruo tempore gravissimis accipiat.

C. I. ¶ De eo, qui subdiaconatus ordine postposita, diaconus & presbyter est ordinatus.

Unde Alexander II. scribit Grimaldo b Constantiensi & Episcopo.

Sollicitudo a dilectionis tuae statim consilium, utrum pontator istarum literarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id praeposito e cursu, subdiaconatus ordine postposito, negligentia potius, quam superbia cognoscatur ascendisse. Unde nos consulendo charitati tuae mandamus, ut ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum jejunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

a al. a. b al. Rainaldo, al. Rinaldo. c al. Constantiensi. d Ivo par. 6. cap. 406. e al. praeposito.

In hoc libro per versuto est epistola ejusdem Alexandri ad Ger-
vasium Rhemensem Archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat,
quod Rosaldo Constantiensis Episcopi se dedisse narrat.

DISTINCTIO LIII.

Utriusque autem, ut supra a scriptum est, ideo ordi-
nari prohibentur, quia frequentes dum ab Ecclesia re-
pugnare, plerumque inaccessibiles ecclesia confessorum vel
quia videri caritatis non vult religio, sed ut officiorum suorum ra-
tionem fugiant, ad ecclesiam se transferant.

C. I. § Quare sit constitutum, ne curiales
ordinentur.

Unde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11.
Episcopi Sicilia, de leg. Mauriti
Augusti.

Istem h, quam piissimus Imperator dedit, ne for-
tasse, qui militis, vel rationibus sunt publicis ob-
ligati, dum causam suam periculum fugiant, ad ec-
clesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis con-
vertantur, vestra studii fraternitati transmittere; hoc
maxime exhortans, quod hi, qui seculi actionibus im-
plicati sunt, in clero ecclesie propter suscipiendi non
sunt: quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter
quam vixerant vivunt, neque quam fidei seculum fu-
gere, sed mutare. Quod si etiam tales quoque monaste-
rium petunt, suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a
rationibus publicis absoluti fuerint. § Si qui vero ex
militaribus viris: in monasteriis converti festinant, non
sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter
inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo ha-
bitu per triennium probari, & tunc monachicum habi-
tum Deo auctore suscipere.

§ Viris In aliquot versuto Gratian excompletibus, & a-
pud Ivoem legitur, numeris, ut significatur multas in breviculo,
seu matricula descriptis.

DISTINCTIO LIV.

§ Ervi autem ordinari prohibentur, nisi a propria dominis
libertatem legitimam consequantur.

C. I. § Servus ad clericatus officium non
promoveatur.

Unde Leo Episcopus scribit epist. 11. omnibus E-
piscopis per Campaniam, &c.

Nullus Episcoporum d servum alterius ad clericatus
officium promovere presumat, nisi forte eorum
petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in
eo vindicant potestatis. Debet enim esse immunitas ab
illis, qui divinam militiam est agregandus, ut a castris do-
minicis, quibus nomen ejus adscribitur, nullis necessitatis
vinculis obstrahatur.

§ Nullus Caput hoc videtur consilium ex titulo, qui
in eadem canonum proponitur primo decreto Leonis primi, & ex
parte posterioris istius decreti, in qua exceptio eorum, qua prius
fuit, continetur, prout autem pars, qua hic dicitur, habetur. f. ead.
admittitur.

C. II. § De servili conditione nullus ad sa-
cros ordines deveniat.

Item ex concilio Triburiensi 1.

Nulli e de servili conditione ad sacros ordines pro-
moveantur, nisi prius a propriis dominis legitimam
libertatem consequantur: cuius libertatis charta ante
ordinationem in ambone publice legatur, & si nullus
contraxerit, tunc consecrabitur. Porro servus non cano-
nicus consecratus, postquam de gradu ceciderit, ejus
conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a Dist. 11. c. designata. b Ivo p. 10. c. 124. c ad altis-
simus. 1. 118. d Poly. l. 2. tit. 31. Anst. 7. c. 25. Burch. l. 2. c. 122. in
fin. Ivo p. 6. c. 64. c Poly. ibid. Burch. l. 2. c. 21. Ivo par. 6. c. 74.
Ivo. l. 2. c. 61.

1 § Concilio Triburiensi. Hucus capit in conc. Tribur.
c. 29. sententia potius habetur, quam verba, que aliqua ex parte
videntur convenire cum iis, que scribuntur lib. 1. Capit. c. 11. de or-
dinatione servorum, vers. & quodcumque.

C. III. PALEA.

[Ex concilio Carthaginiensi 1. primo, cap. 1.]

Magnus a Episcopus Astigenis dixit, quid dile-
ctioni vestra videtur, procuratores, actores & ex-
ecutores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari?
Gratus Episcopus dixit: si post deposita universa, & red-
dita rationibus, actus vite ipsorum fuerint comprobati
in omnibus, debent & cum laude, cleri, si postulati fue-
rint, honore minerari. Si enim ante libertatem nego-
tiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione
fuerint ordinati, ecclesia infamatur 2. Univeri dixerunt,
recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra
ista quoque sententia.

1 § Carthaginiensi In ediculis impressis citatur ex Mo-
guntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Ivone, decretal.
in c. un. de oblig. ad ratic.

2 § Ecclesia infamatur Sic emendatum est ex concilio,
& decretal. & Burchardo, & Ivone. Antra legebatur, ab ecclie-
sia infamatur.

C. IV. § Post donum libertatis famuli ecclesie
revocentur in clerum.

Item concilio Toletano IX. cap. 11.

Qui b ex familiis e ecclesie servituri devocantur in
clerum ab Episcopis suis, necesse est, ut libertatis per-
cipiant donum: & si honeste vite claruerint meritis, tunc
demum majoribus fungantur officiis. Quos vero flagitii
fordidaverint corrigibilis noxa, perpetua servitus condi-
tionis religet in catenam.

Qui autem ordinandi, a domini sui libertatem consequantur,
ab eorum patronis penitus debent esse alieni, ut in nullo eorum ob-
sequio inveniuntur obnoxii.

C. V. § Ad clericatum suscipiuntur qui nullo
obsequio retentis, a Domini sui liber-
tatem percipiunt.

Unde in concilio Toletano IV. c. 72. legitur.

Quicumque d libertatem a dominis suis ita perci-
piunt, ut nullum sibi in eis obsequium patronus
retentet, isti si sine crimine e sunt, ad clericatus ordinem
liberi suscipiuntur, quia directa manuissione absoluti
inocentur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt,
pro eo, quod adhuc patroni servitute tenentur obno-
xii, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promo-
vendi, ne quando voluerint eorum Domini, fiant ex cle-
ricis servi.

C. VI. PALEA.

[Ex concilio Toletano 1. cap. 12.]

De f servorum ordinatione, qui passim ad gradus
ecclesiasticos promoventur, placuit omnibus cum
sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut
nullus Episcoporum deinceps eos ad sacros ordines pro-
movere presumat, nisi prius a dominis propriis liberta-
tem consecuti fuerint. Et si quilibet servus dominum
suum fugiens, aut b per literas, aut adhibitis testibus
munere conductus, vel corruptus, aut qualibet callidita-
te, vel fraude ad gradus ecclesiasticos pervenerit, de-
cretum est, ut deponatur: & dominus ejus eum reci-
piat. Si vero avus, vel pater ab alia patria in aliam mi-
grans, in eadem provincia filium genuerit, & ipse fi-

a Ext. de oblig. ad ratic. non ordin. cap. magnus. Burchard.
l. 2. c. 36. Ivo p. 6. c. 37. b Ivo par. 6. c. 373. c ad famulus.
d Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 21. Ivo p. 6. c. 126. Pann. lib. 3. cap. 48.
e crimine capitali. 1. orig. Capi. l. 1. c. 88. f Ext. de serv. non or-
din. c. 2. Burch. l. 2. c. 31. Ivo p. 6. c. 131. Pann. l. 3. c. 183. g indifferens
promovebantur. 1. capituli. h aut latissimi. 1. capituli.

no, licet ei intra spatium unius anni, & servilem fortunam probare, & servum suum accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, evadit jugum servitutis. Debent enim per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis a enim ordo liberat à fortuna servili, vel adscriptus, sed non à curiali, sive officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & jus patris potestatis solvit episcopalis dignitas. Adscriptus vero in ipsis possessionibus clericis etiam præter voluntatem domino fieri permittimus: ita tamen, ut clerici facti ipsam sibi agriculturam adimpleant.

¶ Extat hoc caput ad verbum in epistolis novellarum Constantini ab Irenio descriptis, quæ post codicem post solum, sicut in novella 123, c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem quæ addita erant in titulo, Leo Imperator omnibus Episcopis, videntur illuc irreflexe ex sequenti titulo.

C. XXI. ¶ De eodem.

Item Leo Papa omnibus Episcopis, epist. 1. c. 1.

Admittuntur, & passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minime poterunt, ad fastidium sacerdotii (tanquam servilis vilitas hunc honorem iure capiat) provehantur. & j. Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestre provincie abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam à aliis originariis, vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari, nisi forte eorum peritio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vindicant potestatis.

¶ pars. De servis monasterii queritur, an ecclesiasticis officio possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra dictum est, nisi à propriis Episcopis libertatem consequantur. Porro servus monasterii libertatem consequi non valet, non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quod autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octavæ synodi, in qua sic statutum legitur.

¶ Non valet. In primo Vaticano post hoc verba sequitur: qui enim sunt monasterii, in nullius jus transire possunt. Unde nec abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. Caput autem, quod nove à Gratiano citatur, alibi reperitur non est, quoniam apud Iherosolimam in reg. monach. in de famul. vita.

C. XXII. ¶ Monasterii servum abbatem vel monacho non licet liberum facere.

Abbati & vel monacho monasterii servum non licebit facere liberum. Qui enim nihil propriam habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt, non potest possessio alienari, nisi à proprio domino.

Hæc auctoritate prohibentur servis adipsam libertatem recedendi ab obsequio monasterii: sed non prohibentur nancisci libertatem promovendi ad sacri ordinis. Potest enim, sacri ordinibus constitutus, monasterii obsequium perpetuo deferre: ac sic servus monasterii & libertatem adipiscitur, & sacri officii assumpti valet. Unde in abbasipulo præfata constitutionis hæc consuetudo redditur. [Injustum est enim, ut monachis rurale opus facientibus, serva eorum otio torpent, ac delictis afficiant.]

¶ Injustum. Insa 17. quæ 4. c. in venditionibus. vers. injustum hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, ubi etiam ex tract. c. 6.

a Tit. de sanctis. Episcopis 4. sed & quidem. Authent. epistola de Episc. & cleric. eod. Authent. sed epistola. co. b Auth. ad scriptur. eod. c Anst. l. 7. c. 27. Bar. l. 2. c. 22. Ivo p. 6. c. 62. d & ab aliis, qui aut originali, aut alicui. orig. e Iherosolim. in reg. monach. c. de fam. vita.

Quid autem servi ecclesiarum (quo nomine etiam monasterii servi significari intelligimus) ad sacra religionis propriam delectationem assumi, auctoritate Gregorii probatur, qui in generali synodo respondens a dixit.

C. XXIII. ¶ Si conversus in probata fuerit famulus ecclesie, potest ordinari.

Multos & de ecclesiastica familia, seu seculari militia novimus ad omnipotentis Dei servitium festinare, ut ab humana servitute liberi, in divino servitio valeant familiariter in monasteriis conversari. Quos si passim dimitimus, omnibus fugiendi ecclesiastici juris dominium occasione præbimus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei servitium incaute retinemus, illi invenimur negare quædam, qui dedit omnia. Unde necesse est, ut quisquis ex juris ecclesiastici servitute, vel secularis militia, ad Dei servitium converti desiderat, probe prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conversatio, bono desiderio illius testimonium ferunt, absque ulla retractatione servare in monasterio omnipotenti Deo permittatur: ut a servitio humano labor recedat, qui divino amore distractionem habuit, appetit servitium. Si autem & in monastico habitu, seculi Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit observatus, post præfixa sacris canonibus tempora, licenter jam ad quodlibet ecclesiasticum officium provehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus, quæ in testamento veteri morte multantur.

¶ Ecce quomodo servi ad clericatum assumi vultant, vel quomodo non admittantur. Liberi quos, non sunt promovendi ad clericum, nisi ab obsequio sui patroni fuerint absoluti.

C. XXIV. ¶ Absq. patroni assensu liberum non promovendum ad clericum.

Unde in concilio Eliberitano, cap. 20.

Prohibendum est ut liberi, quorum patroni in seculo fuerint, ad clericum non provehantur.

DISTINCTIO LV.

¶ Orpore vero vilitatis similes à sacris officii prohibentur.

C. I. ¶ Qui de monasterialibus discipulis ad clericale munus accedit, & de laici, ante ad hæc vita exanimetur.

Unde Gelasius Papa Episcopus per Lucianum & Bratius confirmans, epist. 1. c. 2. & 3.

¶ servus, dicitur.

Prius dicitur igitur pro sui reverentia manentibus conditis (quæ, ubi nulla vel rerum vel temporum pericula angustia, regulariter convenit custodiri) etiam ecclesiis, quæ vel cæcis sunt private ministris, vel sufficientibus usque adeo despoliate servitibus, ut plebis ad se pertinentibus divina munera, supplere non valeant, tam instituenti, quam promovendi clericali obsequio, si spatia dispensanda concedimus, ut si quis monasterialibus 2. disciplinis eruditus ad clericale munus accedit, etiam de laicis antea de ejus vita requiratur.

¶ Ne. si aliquo facinorose infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia fordidatus, vel corpore contumacis, vel servilis, vel originarie conditionis, vel cuius vel publicum, rerum nexibus implicatus, vel publica poenitentia notatus, vel nulla congruentis temporis expectatione discussus.

¶ Eatenus ecclesiis. Restitutus est hic locus ex epistola Gelasii, & Ivo.

a al. præsidem. b Ex decreto E. Gregorii in extremis lib. regenti, & aliqua ex parte l. 4. epist. 24. Item. Dist. 2. c. 16. in conc. Tribur. cap. 29. Anselm. l. 7. c. 14. Polyc. d. 6. c. 11. 16. c. aliter. d Ivo p. 3. c. 142. & 141. Polyc. d. 11. c. 37. d. 7. c. 47. e. lib. 6. c. 7. d. 77. si quis.

¶ **Monasterialibus**] *Hic de industria videtur Gelafii
verba mutata, & in compendium redacta, integra autem referun-
tur [dist. 77] c. si quis. & ibi legenda.*

C. II. ¶ *Annua suspensio subiacet, qui præ-
ter canonam formam aliquem or-
dinet.*

Item ex concilio Arelatensi III. c. 2.

Nullus penitentem, nullus bigamum, nullus vidua-
rum maritus in prædictis honoribus audeat ordinare.
Et licet hoc iam prope omnium canonum instituti-
onem continent; tamen ne cuiquam sacerdotum suppli-
cantium (sicut iam diximus) importunitas, vel sugges-
tio iniqua subrepat; necesse fuit, ut nunc severiorem
regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo,
quicumque ab hac die contra ea quæ superius sunt com-
prehensa, clericum ordinate præsumpserit, ab ea die,
qua ei potuerit hoc approbari, anno integro Missas facere
non præsumat. Quam rem si quis observare no-
luerit, & contra consuetudinem fratrum faciens, Missas ce-
lebrare præsumpserit, ecclesie communionem privetur, &
& ab omnium fratrum communionem non verit se alienum:
quia dignum est, ut severitatem ecclesiasticæ disci-
pline sentiat, qui toties salubriter à sanctis patribus insti-
tuta observare contemnit.

¶ *Ecclesia communionem privetur] Hac verba non sunt
in concilio, & videtur idem significare, ac sequentia: sunt tamen
in textibus quoque Gratiani ordinata.*

C. III. ¶ *Non ordinentur penitentes, vel
illiterati.*

*Item Hilarius ex concilio Romano ab ipse habi-
tus. [Paulo tamen aliter.]*

Poenitentes & vel inficij literarum, aut aliqua mem-
brorum dama perpessi ad sacros ordines aspirare non
audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit,
factum suum ipse dissolvat.

*Corporum autem vitati intelliguntur non casu, sed propria volun-
tate abscisi.*

C. IV. ¶ *Qui semetipsum absciderit, non
ordinetur.*

*Vide in canonibus Apostolorum, c. 22.
& 23. legitur.*

Si quis absciderit semetipsum [id est e, si quis ampu-
lavit sibi vitia] non fiat clericus: quia sui est homicida,
& Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus
fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur; quia
sui est homicida.

C. V. ¶ *Non producatur ad clerum, qui se-
ipsum abscidit.*

Item ex concilio Arelatensi II. c. 2.

His qui se, carnali vitio repugnare nescientes, ab-
scidit, ad clerum pervenire non possunt.

C. VI. ¶ *Non est ordinandus, qui partem digi-
ti volens sibi abscidit.*

*Item Innocentius scribit, Felici Nucerrano Episco-
po, epist. 1. cap. 1.*

Qui partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens ab-
scidit; hunc ad clerum canones non admittunt.
Cui vero casu aliquo contingit, dum aut operi rustico cu-
ram impendit, aut aliquid faciens se non sponte percussit,
hos canones præcipiunt & clericos fieri; & si in clero
fuerint reperi, non abijci. ¶ In illis enim voluntas est iudicata
h, que sibi ausa fuit ferum injicere; in istis vero
casu veniam meruit.

¶ *Injicere] In originali sequitur, quod scilicet & alii
facere dubitari non possit, in istis, &c.*

a al. laborare. b al. charitate. c Anselm. l. 2. cap. 16.
d Expositio versione. e ista est glossa in veteri versione. c. 23.
f Si quis. g In concilio Tribur. cap. 33. Polyc. cap. 2. tit. 21.
h al. videri. a.

*Similiter vero intelligendum est de eis, qui per languorem à
medicis fecantur, aut à barbaris absciduntur, aut à dominis ca-
strantur.*

C. VII. ¶ *Qui per languorem à medicis defecit,
ad clerum valet admitti.*

Unde in Nicæno concilio, cap. 1. legitur.

Si quis à medicis propter languorem defecit, aut
aut à barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si
quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in clero con-
suetudinem à abstinere convenit, & deinceps nullum de-
bere talium promovendi. Sicut autem hoc claret, quod
de his, qui hanc rem affectant, audentque semetipsum ab-
scindere, dictum sit sic eos, quos aut barbari, aut domini
castraverunt, si inveniantur alias & dignissimi, tales ad
clerum suscipiantur regula.

¶ *Et deinceps] Hic verbi nihil est in Græco vulga-
to codice: sed optime apud Balsamonem, quemadmodum & in
Carthaginensi. in Capitulis Nicæna Synodi à Teitone & Theodoro
versis.*

C. VIII. ¶ *Licet ordinetur Episcopus, qui
per horummodum infirmitatem ca-
stratur.*

Item ex concilio Apostolorum XXI.

Evnuchus, si per infirmitatem à hominibus factus est, vel si
in persecutione, ejus sunt amputata vitia, vel si ita
natus est, & est dignus, fiat Episcopus.

¶ *Per infirmitatem] id est, ex infirmitate, & in-
juria.*

¶ *Episcopus] In Græci exemplaribus non habetur vox
ista, & videtur subintelligi, & 22246.*

C. IX. ¶ *Non excludantur à clero, qui à medicis,
vel barbaris vel à dominis suis
castrantur.*

*Item ex Martino Bracarense Episcopo in Cap-
tulis synod. Græc. c. 21.*

Si quis pro ægitudine naturalia à medicis secta ha-
buerit, similiter & qui à barbaris, aut dominis suis
fuerint castrati, & moribus digni fuerint viri, hos canones
admitit ad clericatus officium promovendi. Si quis au-
tem sanus, non per disciplinam religionis & abstinentiæ,
sed per abscissionem plasmatis à Deo corporis, existimans
posse se carnales concupiscentias amputari, castraverit
se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus
officium. Quod si jam ante fuerit promotus ad clerum,
prohibitus à suo ministerio deponatur.

C. X. ¶ *Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à
medicorum incisione claudus effi-
citur.*

Item ex concilio Ilerdensi.


Si quis in infirmitate positus clericus, medicorum
incisione claudus efficitur, promovendi ad sacros ordi-
nes eum non denegamus.

C. XI. ¶ *Non prohibetur à clero, qui digitum
sibi casu abscidit.*

Item Stephanus Roberto Merensi Episcopo.

Lator præsentium Flavius & scilicet clericus, ad san-
ctam sedem Apostolicam veniens, detulit te no-
bis directam epistolam, qua indagare studuisti, eum à
Normannis nuperimè captum, sinistra manus digitum
habere abscisum, sciscitans, si ob hoc ad ecclesiasticum
ordinem valeat promovendi, an non. ¶ Quod & nos re-
pentes, quia solertia tua, magis super hoc sollicita, à
sede Apostolica doceri flagitat, normam justitiae semper
sequi exoptans, studium tuæ sanctitatis merito collauda-
mus, reverentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est,

a In Tribur. ibid. Anselm. l. 2. Polyc. ibid. b i. g. r. m. 2.
c d. r. a. e. d. 2. 1. 1. d. f. o. p. 6. 374. Panorm. lib. 3.
c. 36. e. Concordia Tribur. c. 33. Dur. l. 2. c. 17. f. o. p. c. c. 34.
Panorm. lib. 3. c. 42. f. f. o. p. 6. 4. 118. Panorm. l. 3. c. 42. g. d.
Elevianus.



quod a Normannis digitum ipsum habeat abscessum, ad promovendum (si alius dignus fuerit) nil ei nocet: eo quod quid de his, qui a dominis, vel medicis, sive a paganis non sponte tale quid patiuntur, sacri censentur canones, dilectionem tuam latere non credimus.

C. XII. ¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non admittitur.

Item Gelasius Papa Palladio Episcopo.

Precepta a canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles corpore non patiuntur venire; ita & si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit lauciat, amittere non potest, quod tempore suae sinceritatis accepit. ¶ Stephanus e siquidem presbyteri petitorio nobis deflevit oblato, quod habitum in subdit: Olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterii dignitatem, quam revera immaculati corporis iudicio suscepisset; sed nuper propter provinciam vastitatem (quam Thauricia pro omnibus Barbarorum feritas diversa sectantium, & ambiguitas invenit animum) dum imminentes gladios evadere fugae praesidio nitentur, acutus sudibus occurrentia sibi septa transiens, inferiores partes corporis instruisse, fugae est, qua vix adhibita curatione biennio potuissent abstreri. Et ideo frater charissime, supradicti locum suum dignitatemque restitue, quatenus sacrosancta mysteria, sicut consuevit, exerceat. Neque enim convenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum in invaluatidinem corporis casu probatur faciente collapsus.

¶ Quod habetur in Sicut emendatum ex Anselmo, & antiquis codicibus Gratiani. Nam haec est vestita forma in epistolis Romanorum Pontificum, ubi propria verba petitionum subiungunt. Antea legebatur: quod haberet.

2. pars. Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculum casu amisit, licet de se voluntas, tamen sacerdotium adipisci non potest.

C. XIII. ¶ Non sunt praestanda iura sacerdotii, cui oculus erutus est.

Unde Gelasius scribit Rosino Episcopo.

Si Evangelica admonitio iracundiam nec usque ad verbum furentem proflite permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, si gelenne ignis: quali putamus poena plecendum esse, qui non solum pugno impie percussit in levitico hominem officii ministerio servientem, sed quasi non sufficeret ad eandem iras, ita (insultante se diabolo) raptus est ad iracundiam, ut fuste non solum percuteret, sed etiam emeret oculum fratris? Et quamvis huiusmodi excessus graviore esset poena plecendus, bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyteri removere. Hoc tamen sollicitudinis tuae sit, ut locum ei penitentiae constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communiōe concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam si illi, cui erutus est oculus, non possint secundum canones sacerdotii iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quod oculum invitum amisit, cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est, nec sacratilinos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse regulis invenimus; sed hoc tantummodo ad prohibitionem sufficere videmus patribus, ut qui careret oculo, sacerdotii officium adipisci non possit. Sed nec illi nullatenus, quasi in compensationem iniuriae, sacras ordines concedi poterit, qui ad tantam sacerdotem propriam ponit iracundiam.

a Anselm. l. 7. c. 39. l. 10. p. 6. c. 107. Panm. l. 2. cap. 51. Poly. lib. 2. tit. 91. b in eo aliu. c Ivo. d al. indicio. e al. abstringi. f al. Pelagus. g Poly. ibidem. Anselm. lib. 11. cap. 69. d. Ant. lib. 1. Ivo par. 7. c. 411.

provocare, ut & ille officium, in quo erat, amitteret, & ille proventus sui perderet facultatem.

DISTINCTIO LVI.

Presbyterorum etiam filii ad sacra officia non sunt admittendi.

C. I. ¶ Filii presbyterorum a sacris publicioribus officiis.

Unde Vibanus Papa II. ait.

Presbyterorum a filios a sacris altaris ministeriis religiose probati fuerint conversari. 2. pars. Et hoc intelligendum est de illis, qui paterna incontinentia imitatores fuerint. Verum si moram bonitas eos commendabilem fecerit, exempli & auditorii non solum sacerdotum, sed etiam sanctorum sacerdotum fieri possunt.

C. II. ¶ PALEA.

[Unde Damasus Papa scribit.]

Osus e Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Lucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo sancti Petri. Agapius Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de civitate Hierosolyma. Silverius Papa filius Silverii Episcopi Romae. Deusedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Afer, ex patre Episcopo Valerio natus est. Item Agapius natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem ducit. Complures etiam alii inveniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolice fedi profuerunt.

In aliquo versio Gratiani codice adscribitur hoc nomen Palea. In decimo Vaticano, & alio quibusdam habetur conscriptum cum verbis superius Gratiani, a versis. Felix enim tertius, usque ad hunc. In alio autem fere etiam emendata ista eadem cohaerent cum superius: sed post illa verba, ex patre Gordiano presbytero originem ducit, unde Damasus Papa scribit. Deusedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Lucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo sancti Petri, Agapius filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori Episcopi de civitate Hierosolyma, Silverius Papa filius Hormisdæ Episcopi Romae. Complures etiam, &c. Nec vero magis mirandum est, hac omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Licet enim qui Pontificatus dicitur, ubi haec scripta sunt loci leguntur, a Damaso veritas scribit: ideoque licet ab aliis multa deinde sint addita, veritas tamen primi auctoris nomen. Ivo quidem eadem fere ista refert, et Gestis Romanorum Pontificum. Omnia partem aliquam huius capiti, saltem illius, qua in decimo Vaticano habetur, ab ipsi Gratiano scriptam esse, constat ex verbis Gratiani in extremo praecedente capite, & capite penultimo huius distinctio. Adhuc vero Palea, dum unum per se caput conficere voluit, ordinem perturbavit, praefertim in receptione Felicis III. & illud sic Osi teneret adjuvavit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.

C. III. ¶ Vitio parentum filium non impunitur.

Hinc Augustinus ait lib. de bono coniug. c. 16.

Necunquam homines nascuntur, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honeste.

a In concilio Claramontensi, cap. 21. & Melphensi. & in concilio Inno. II. cap. 12. Sententia est in concilio Lateranensi, sub Alex. III. par. 19. cap. 2. Ex decreto Greg. VII. & Urbani II. b al. canonici, al. canonici regularibus. c Anselm. l. 6. c. 120. l. 10. p. 6. c. 411. Panm. l. 2. c. 51. In pontificali. d al. Hormisdæ. e Ivo in prologo. d. Annorm. in prologo, c. 30. & l. 3. c. 22. f Sent. 2. dist. 23. q. 4. sicut & uocaturque. in fin. Ivo in prologo, & p. 6. c. 411. Eadem in prologo, c. 29.



& salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est; & eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autem boni filii adulterorum, nulla est defensio adulterii: sic mali filii conjugatorum nullum est crimen nuptiarum.

C. IV. De eodem.

Item Iohannes Chrysothomus bombia tertia in Mattheum.

Nunquam b de vitibus erubescamus parentum, sed unum illud quaramus, & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim, etiam si alienigenam quis habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi dedecore fordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate suscitabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicationem ipsum ad meliora conversum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretricis natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis. Item infra. Non est omnino, nec de virtute, nec de vitio paritum aut laudandus aliquid, aut culpandus; nemo inde vere aut obfuscus aut clausus est: imo etiam si quiddam ad communi opinionione abhorrens dicendum est, nescio quomodo ille magis respicietur, qui ex parentibus a virtutibus profusus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

1. Queramus. In vestigio, quomodo vulgatis est, legitur, atq; omnibus studiis nequaquam nobilitati propriatum honore virtutum. Graeci ineger locustia habet: τρωδύων & ηρώων. De nobilitate videtur in γένος αἰσθησέω ἡντι τῆ τῶν αἰσθησέω ηρώων, ἡδὲ ἐν ἡρώων ἡντι τῶν ἡρώων. 2. Si quiddam ad communi] Sic est interpretatum ex graeco: ἡντι τῶν ἡρώων ἡντι τῶν ἡρώων. Antea legitur, quomodo videtur fore in vestigio vestigio, & apud Irenaeum, ut consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

C. V. Non parentum, sed propria culpa quae, commendat.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errorem Iohannis Hierosolymitani.

Nasci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Quomodo in feminibus non peccat terra quae fovet, non semen quod in sulcis jacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant, sed, verbigratia, fur & latro, qui fraude & vi eripit semina; sic in generatione hominum recipit terra, id est, vulva, quod suum est; receptum confovet, confovet corpora, corporatum in membra distinguit; & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis creator & animae. Noli d. despicere bonitatem figuli tui, qui te plastavit, & fecit ut voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in utero virginis adificavit sibi domum. Iephthae inter viros sanctos Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi, Esau de Rebecca & Isaac genitus, hipidius tam mente, quam corpore, quasi bonum triticum in lolium, avenasq; degenerat: quia non in feminibus, sed in voluntate nascentis, causa vitiorum est aequiverturum.

C. VI. Iniquitates parentum filio obesse non possunt.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22, c. 64.

Plusus ille, qui vocatur et ad nuptias bonos & malos, suis congruens invitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse.

a ad adulterium] orig. ad illa verba, Inada autem gemis, &c. b Item p. 6, cap. 414. c Item p. 6, c. 413. d Esau. e Item p. 6, c. 414. f Mattheus.

Apud B. Augustinum L. 22, contra Faustum, c. 64, sequitur. Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde profusus ille suis congruens invitatis, qui vocatur et ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis & malis. Et ex huius compositione est hoc caput.

C. VII. Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo suscipitur, deus in gradu.

Item Gregorius ad Columbanum Episcopum Neomidiensis, libro, epist. 2.

Satis perversum, & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustra pro quorundam voluntatibus quis privetur, quem sua culpa vel facinus ab officio, quo fungitur, gradu non dejicit.

C. VIII. Ex adulterinis mari conjunctionibus a sacerdotio non prohibentur.

Item Hieronymus.

Domini a noster Iesus Christus voluit, non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis communiobus nasci: nobis magnam fiduciam praestans, ut qualicumque modo nascatur, dum tamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Er scit ille verus est Pontifex ex adulterinis natus conjunctionibus, ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantum b ut perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus implet, sitque literatus, & vir unius uxoris, nequaquam a sacerdotio repellitur. Iudas enim Patriarcha concubavit cum Thamar nuru sua & ex illo concubitu nati sunt Phares & Zaran: inde postea Salomon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth: & inde quoque Booz d: inde postea Ithai, qui fuit pater David. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est, ideoque filii eius sumus, quae ipse fecit, nos imitari debemus.

1. Inde Obeth] In primo capite Evangelii S. Matthei, Booz dicitur genuisse Obeth.

C. IX. A populo Dei non separant aliquem matrem conditio, sed propria culpa.

Item Augustinus de unico baptismo contra Donatistas, lib. 3, c. 21.

Ismael e, ut separaretur a populo Dei, non obfuit mater ancilla; sed obfuit fraterna discordia & nec profuit potestas uxoris, cuius magis filius erat, quia per ipsius iura conjugalia, & in ancilla feminatus erat, & ex ancilla susceptus.

3 pars. Contra Bonifacium martyris scribens Echeldobaldus Regi Anglorum.

C. X. Vitia parentum etiam ad posterum transferuntur.

Si gens Anglorum (sicut per istas provincias divulgatum est, & nobis in Francia & in Italia improperatur, & ab ipsis paganus improperatum est) spreto iugalibus connubiis, adulterando & luxuriando, ad instar Sodomiticae gentis, fordam vitam duxerit; de tali comminatione meretricum astimandum est degeneres populos, & ignobiles, & fures libidine fore procreandos, & ad extremum universam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem, & novissime nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam; sicut alius gentibus Hispaniae, & Provinciae, & Burgundiorum populis contigit, quae sic a Deo recedentes fornicatae sunt, donec iudex g. omnipotens talium criminum ultrices.

a Anselm. lib. 6, cap. 149. Poly. 12. 11. 31. Bure. 1. 3. c. 31. b al. tamen: c. Genes. d. Rub. 2. e. Item p. 6, cap. 61, Pann. lib. 6. 447. f. Item p. 6, cap. 224. g. al. vindex.

poenas per ignorantes i legem Dei, id est a, per Saracenos venire, & favere permittit.

¶ Per ignorantes ¶ In epistola B. Bonifacii martyris, (que una cum multis aliis extraxit manuscripta in codice sapientie memorato Bibliotheca Dominicana) legitur: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. cum qua lectione concordant aliquot verisimiles Gratiani exemplaria, & ferè etiam Ivo.

C. XI. ¶ De religio si inveni fuerint filii sacerdotum, ordinentur.

Unde Urbanus in fine superioris capituli distinguendo subiunxit.

Rubrica huius capituli abest ab aliquot versibus (neque enim est capituli distinctio) & præponitur sequenti capiti, Apostolica.

Nisi b aut in canoniis, aut in canoniis c religiose probati fuerint consetari.

C. XII. ¶ De eodem. Item Alexander II.

Apostolica a auctoritate præcipimus vobis, ut si eum, quib ab ecclesia electus est, altero digniore esse, canonicamque eius electionem probaveritis, fulti non sita auctoritate consecratis. Nam, pro eo quod filius sacerdotis dicitur, fixata virtutes in eum convenient, non rejicimus.

Hoc autem, quod de filii sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesie introductum videtur: & quod ex dispensatione introductum, ad consequentiam regule trahi non poterit.

C. XIII. ¶ Filii sacerdotum non prohibentur ab Episcopis, si cetera virtutes in eis inventantur.

Unde Urbanus Papa II. scribit Bartholomæo Turon. Archiepiscopo.

Cononiamensem electum, pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cetera virtutes, in eum conveniunt, non rejicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, ut hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesie periculo consultur.

Contra ergo ex sacerdotibus nati, in summo Pontifice supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de formatione, sed de legitimitate conjugii nati: que sacerdotibus i ante prohibitionem ubiq, licita erant, & in orientali ecclesia usq, hodie eis licere probatur.

Quod autem rariis originis semini imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententia, f [Adulterorum filii abominatio sunt Domino.] Sed sicut supra dictum est de presbyterorum filii, ita & hoc de filii adulterorum intelligendum videtur: ut illi dicantur esse abominatio Domino, ad que paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter & illud Urbanus intelligendum quod ipse est scribit Veneno Legionen. Episcopo.

¶ Sacerdotibus ante ¶ Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbytericum lucas nisi conjugio, quod in ecclesia Grecorum & Armenis & non permissum est. Id vero minime ita esse, superius in his dist. 12. est annotatum. De illis vero, quos antea narravi creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est esse, antequam patres ipsorum illo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.

C. XIV. ¶ De eodem.

Quia si simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificium videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propria uxore pater tuus cognovisse dignoscitur: b Nos

a al. etiam. b Supra ead. cap. presbyterorum. c al. canonicus. d Ansel. lib. 6. cap. 29. e Ansel. lib. 6. c. 29. Pann. lib. 3. c. 3. sup. ca. Ofus. f Sap. 3. sed paulo aliter. g Pann. lib. 3. c. 34. h al. dicitur.

Apostolica manufactudinis gratia admonente, a ceteris que sacerdotium impediunt, criminibus, tam tu professione, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunitatem reagnoscences, & vitam tuam religiosam audientes, ab huius peccati vinculo absolutum, in suscepro sacerdotali officio confirmamus.

DISTINCTIO LVII.

Item, qui in agritudine constitutus baptizatus presbyter ordinatus non debet.

C. I. ¶ Non ordinatur presbyter, qui in agritudine constitutus baptizatus.

Unde in Neocaesariensi Concilio, c. 23. legitur.

¶ Quis in agritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut b hominum raritas exegerit.

¶ Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia observatum: quemadmodum ex epistola Cornelii Papa de Novatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historia Eccles. lib. 6. c. 45. ita spectantia, hoc sunt: Qui quidem prædico, spiritu illo malo esset liberatus, & post in gravem morbum, ut jam ferme mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit. & paulo post, cum de ipsius ordinatione ageretur, adjungit: Qui quidem Episcopus, non solum ab univ. clero, sed etiam à multis laicis vetitus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum affirmari; magis perire postulat, sibi potestatem dari, huic soli manus in fortem presbyterii imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit abbas voluntate proprii Abbatis.

C. I. ¶ Monachus non ordinatur clericus, nisi voluntate abbatis Episcopo fuerit ablatu.

Unde Gregorius scribit Mariano Episcopo Ravennati, lib. 2. epist. 18.

Nullus ad ecclesiasticum officium ex monasterio ducatur monachus; nisi quem abbas loci ad id officium propria voluntate obtulerit Episcopo.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex d concilio Carthaginensi V. c. 3.

¶ Si quis de alterius monasterio repertum 1. vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituit 2. Episcopus, qui fecerit, à ceterorum communione se iunctus, sua tantum plebis communione contentus sit, & ille neq, clericus, neq, præpositus perferret.

¶ Repertum ¶ Græci legunt: 'αὐτὸς τὸν ἀπὸ ἄλλου μοναστηρίου ἄλλου ἐκείνου, id est, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

¶ Constitueret ¶ Antea sequelatur, sine licentia abbatis, & monachorum: que verba sunt expuncta, quales sunt a concilio Carthagin. & Africano, & plerisque versibus Gratiani codicibus.

DISTINCTIO LIX.

Item, qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & approbatione discipuli non sunt, ad summum sacerdotium non adferent.

a Toly. lib. 2. tit. 31. Burch. l. 4. cap. 43. Ivo p. 1. c. 27. c. 27. 1. 101. b al. & c Paulo aliter. d & in Africa. c. 47.

C. I. ¶ Non affertur ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

Unde ait Zozimus Papa ad Iphichium Salonitanum Episcopum, epist. 1.

¶ Vi a ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum b approbatione divinis studiis eruditus, nequaquam ad summum ecclesie sacerdotium aspirare preumat: & non solum in eo ambitio inefficax habeatur; verum etiam in ordinatores e- jus, ut e careant eo ordine, quem sine ordine contra precepta Patrum crederent presumendum.

C. II. ¶ Ad sacerdotale officium nullus, nisi per singulos gradus probatus accedat.

Idem i eadem epistola.

¶ Id officia secularia principum locum, non vestibulum rationis ingressis, sed per singulos e gradus examina- tis temporibus defertur, quis ille tam arrogans, tam im- pudent invenitur, ut in celestis militia, quae propensius ponderanda est, & sicut aurum, repetitis ignibus explo- randa, statim dux esse desideret, cum tyro ante non fue- rit, & prius velit docere, quam discere? Affuecat in Do- mini castris, in lectorum primitus gradu divini rudimen- ta ferat, nec illi vile sit exercitiam, acolythum, subdia- conum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc fastu, sed statibus maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut & nomen aras imple- at, & meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Iure inde summi Pontificis locum sperare debet. Facit hoc nimis remisso confecerdotum nostrorum, qui pom- pam multitudinis quzrunt, & putant ex hac turba ali- quid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa po- pularitas etiam his locis, ubi solitudo est, talium repe- titur, dum s' parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud prestat non possunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet distincti semper esse iudicii. Rarum est enim omne, quod magnum est.

¶ Idem i Caput hoc antea tribuatur Urbano. Emendata est in scripto ex plerisque vetustis Gratiani exemplaribus, habetur enim in eadem epistola.

C. III. ¶ Cuiuslibet meriti laicus ad summum non affertur sacerdotium.

Item Gregorius lib. 7. reg. epist. 110.

¶ Hoc g ad nos pervenisse non dissimili dignum dete- ctatione complectimur, quod quidam desiderio hono- ris insati, geluntis Episcopis tonsurantur, & sunt repente ex laicis sacerdotes: atque inverecunde reli- giosi propofiti b ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod isti subiectis prestituri sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere magisterii locum non formidant? Qua de re necesse est, ut quamvis inculpatis quisque sit meriti, antea tamen per distinctos ordines ecclesiasticis exerceantur officii.

C. IV. ¶ Non affertur ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus.

Item Caelestinus Episcopus Galliarum, epist. 2. c. 31.

¶ Ordinatores i vero quosdam, fratres charissimi, Epi- scopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tan- ta dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, huius usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, diuini, cum ad Episcopatum his gradibus, qui- bus frequentissime cautum est, debeant pervenire, ut mi-

a Anselm. lib. 6. cap. 21. lvo part. 1. cap. 102. supra dist. 30. b tempore i. orig. c. al. ordinatores eius careant. d Anselm. lib. 6. cap. 21. e al. plurimos. f orig. f al. aliam per parochias. g Anselm. lib. 6. cap. 21. h. al. al. propofiti. i Bar. lib. 1. cap. 11. lvo p. 72.

noribus initiati officii ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, qui postea doctor esse desiderat, ut possit docere, quod didicit: omnis vite institutio hac, ad id quo tendit, se ratione confirmat. Qui mirum li- teris operam dedit, praceptor non potest esse litera- rum. Qui non per singula stipendia creverit ad meritum ordinem stipendii non potest pervenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impletur?

DISTINCTIO LX.

¶ Cae ostensionem ex parte est, qui possint ad sacerdotium ordi- nem promoveri, & qui non. Nunc autem considerandum est, ex quibus ordinibus in archipresbyterum, vel propo- situm, vel Episcopum, vel Archiepiscopum sine eligendi.

C. I. ¶ Archipresbyter, vel decanus, aut archidia- conus non nisi diaconus, aut presby- ter ordinetur.

De his ita statutum est ex concilio Urbani.

Papa, celebrato Alvernia.

¶ Nullus Episcopus in ecclesia sua, nisi diaconus sit, archidiaconum instituit, nec archipresbyterum aut decanum, nisi presbyteri sint, ordinare praesumat. Quod, ut distinctius teneatur, Apostolica auctoritate prohibe- mus & interdiciamus.

¶ In capitulis manuscriptis concilii Clermontensis haberi ab Urbano 11. (qua non sunt decreta ipsius concilii, sed summa quaedam ipsorum) in tertio hoc legitur, quae ad praesentem canonem factum: ut nullus fiat decanus nisi levita.

C. II. ¶ Nullus in propositum, vel archipresby- terum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in propositum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

¶ Et rubrica & caput emendata sunt ex manuscriptis co- dicibus.

C. III. ¶ De eodem.

Item Innocentius secundus in concilio Romano, cap. 10.

¶ Innovamus a autem, & praecipimus, ut nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus, vel presby- ter ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel propo- siti, qui infra ordines praenominatos existunt, si inobedi- entes ordinati contempserint, honore suscepto priventur: prohibemus autem, ne a dolescentibus, vel infra fa- cros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vi- tae clarescunt, praedicti concedantur honores.

¶ Horum verum propter praevocitatem quorundam statutum est, qui- nomen propositum adepti, officium contemnant, nolentes fieri sacer- dotes: aliam enim viam esse, eam etiam in Episcopum eligi possint in subdiaconatu constituti, iuxta illud Urbani i Papae.

¶ Urbani i lib. c. a multo, extra de atate & qualia, tanquam decretum Urbani primi citatur. Apud Ivonem vero, & in Panormi- sia ex fivado Beneventana, quatenus per Victoris tertii, cui Urbani secundus successit, habita fuit. Nam Urbani primi tantum plura minus anni Nicenam synodum antecessit.

C. IV. ¶ Non eligatur in Episcopum, nisi in sacri ordinis constitutus.

¶ Nullus b in Episcopum eligatur, nisi in sacri ordini- bus religiose vivens fuerit inventus. Sacros autem

a Concordat Eugenius II. in concil. Romanensi, cap. 6. Pam. lib. 1. c. 10. b lvo p. 672. Pam. lib. 1. c. 10.

ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos siquidem solos a primitiva legitur habuisse ecclesia: subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus ministrant, oportunitate exigente concedimus, si tamen spectata sint religionis & scientia. Quod ipsum non sine Romani Pontificis, vel metropolitani licentia b i fieri permittimus.

Alterum vero, ut in Episcopum, vel Archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

¶ Licentia] Sic mutatum est ex dicto cap. a multis, Ivo-ns, & Pamormia: quatenus etiam in consuetu Gratiiani codicibus legitur, scientia.

DISTINCTIO LXI.

¶ Tem laici non sunt in Episcopos eligendi: sed per singulos ordines prius sunt probandi.

C. I. ¶ Sacerdotes & laici non sunt ordinandi. Unde Gregorius in epistola ad regina Francorum, lib. 2. reg. epist. 113.

Sacerdotale officium vestris in partibus in tantam ambitionem perductum est, ut sacerdotes fabrico, quod grave nimis est, ex laicis ordinentur.

C. II. ¶ De eodem. Item Hormisdas Papa Episcopum per Hispaniam constitutum, epist. 3. c. 1.

¶ N d sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse convenit, quos praefici necesse est corrigendis. ¶ Infra. ¶ Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiae.

C. III. ¶ De eodem. Idem eodem loco continetur.

¶ Non negamus esse in laicis Deo placitos mores, sed milites suos probatos sibi quorum instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosae conversationis de se potius aliis praestare, quam sumere. Eminentior enim esse convenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa observatione religiosus cultus tradatur, ut luceat: & clericibus obsequiis erudendus, quis sit fructus humilitatis, ostendat. ¶ Infra. ¶ Nec tantum de laicis confecti, ostendat, sed nec de poenitentibus quidem quicquam ad humilissimi gradum profanus temerario aspi- ret. Satis illi postulant sit veniam concedi: qua conscientia absolvat eorum, qui se peccata suo populo scit recte confessum? Quis enim quem paulo ante vidit jacentem, veneretur antistitem? Praefrens memorandi f criminis labem non habet lucidam sacerdotii dignitatem.

¶ In plerisque vetustis Gratiiani codicibus caput hoc conjunctum est superius: quemadmodum est in ipsa Hormisdas epist.

C. IV. ¶ De eodem. Item Innocentius Papa ad Arelatum Carthaginiensem Episcopum, epist. 12.

¶ Miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit: eum summum fieri sacerdotem qui nunquam in ullo gradu obsecutus fuerit sacerdoti.

C. V. ¶ De eodem. Item Leo Episcopus ad Episcopos Africanos, epist. 8. al. 87. c. 1.

¶ Miramur h tantum apud vos per occasionem temporis impactati, aut ambientium praesumptionem, aut tumultum valuisse popularem, ut indignis quibus-

a al. sacro. b al. scientia. c Ansel. lib. 6. cap. 77. Poly- lib. 2. tit. 1. d Poly. ibid. Ansel. lib. 6. cap. 72. e Ansel. ibid. Poly. ibid. f al. miserandi. g Poly. ibid. Ansel. l. 6. cap. 74. h Ivo p. 1. c. 10.

que, & longe extra sacerdotale meritum constituti, pastoralis fastidium, & gubernatio ecclesiae crederetur. Non est hoc consilere populis sed nocere; nec praestare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim praesentium, salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiae, ibi sana est forma doctrinae. ¶ Principatus tamen a, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius b tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, ut bono peragatur exitu, quae malo sunt inchoata principio. ¶ Quod c si in quibuslibet ecclesiae gradibus providenter, scienterque curandum est, ut in Domini domo nihil sit inordinatum, nihilque praeter posterum, quanto magis elaborandum est, ut in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non exerceatur? Nam potius familiaris Domini status & ordo natus sit, si, quod requiritur in corpore, non invenitur, Dei missa praecipio? beati Pauli Apostoli per spiritum Dei missa praecipio? qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & proinde unicusque nostrum dicitur, [Manus d. cito nemini impo-neris, neque communi-vari peccatu alieno.] Quid 2 est e cito manum imponere, nisi ante maturitatem aetatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam f discipuli sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? ¶ Sic- curg enim boni operis libri comparat fructum, qui rectum tenet, h in eligendo sacerdote iudicium; ita gravi lo- metipsum afficit damno, qui ad suae dignitatis, collegium sublimat indignum. Non enim in cuiusquam persona praetermittendum est, quod institutis generalibus continetur: ne parandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra i divina legis praecpta collatus. ¶ Infra.

¶ Merito sanctorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos de eadem idoneos sacris administrationibus censuere, quorum om- nium aetate, a puerilibus exordiis usque ad perfectioris a- annos per disciplinae ecclesiasticae disciplinae cunctis, ut unicuique testimonium prior vita praebere, nec postea de eius provectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis celsioris est praemium deberetur. ¶ Si enim ad honores mundanis suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos probitatis ob- cumentia non adjuvant; quam diligens, & quam pro- dens habendignitatum?

¶ Principatus] In plerisque vetustis Gratiiani codi- bus legitur, principatus, & cetera, & infra. Quod si, sic- ut autem factum videtur, quae infra 1. q. 1. c. principatus, cetera- hae verba, prout notatur in glossa, quae in illis etiam versibus- exemplaribus est, in quibus alie glossae non habentur.

¶ Quid est] Sic in istem manuscriptis legitur: Qui- est cito manus imponere, & c. & infra: Sicut enim, in- margine citatur, infra dist. 78. c. quid est manus.

C. VI. ¶ Non sunt eligendi ad Episcopatum nisi qui probabili vita com- mendat.

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

¶ Episcopum i non oportet praeter iudicium metropo- litanorum, & finitiorum Episcoporum constitui ad ecclesiae principatum. Nec eligantur, nisi hi, qui-

a 1. quasi. 1. cap. principatus. Poly. ibid. Ansel. lib. 6. cap. 77. b al. ipse. c Ansel. l. 6. cap. 31. d 1. Tim. 1. c. Insuper dicitur quid est manus. f al. obedientiam. g Poly. ibid. h al. dicitur. i de praeservatione collatus. j orig. k al. praeservat. l supra dist. 74. c. Episcopi.

multo ante nota, probabilisq; vita commendat, & nihilominus, si in sermone a fidei, & recta operatione per suam conversationem fuerint probati.

C. VII. De eodem.

Item Coelestinus ad Episcopos Apuliae, & Calabriae, epist. 3. cap. 2.

Quid b proderit per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castis aratorem, si hi, qui praefurati sunt, ex laicis requirantur? qui vacantes saculo, & omnem ecclesiasticum ordinem efficientes, salu praepropero e in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transgredere, & in aliud vitam genus (calcaata reverentia ecclesiastica disciplina) transire? Talibus itaq; fratre charissimis, qui juris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obviamus: hisq; fraternitatem vestram episcopis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericus admittat, & finat fieri, unde et illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constitutum d decretalium fiat.

C. VIII. Rudius & imperitii gubernacula ecclesiae non sunt committenda.

Item Leo, epist. 62. ad Episcopos Africanos.

Statuimus t ne e in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur, & ne his ecclesia Domini regenda cedatur, qui legitimarum institutionum necesse, & totius humilitatis ignari, non ab infimis fumere incrementum sed a summis volunt habere principium: cum valde iniquum sit, & absurdum, ut imperiti magistris, novi antiqui, & rudes praefertant emeritis.

1 ¶ Statuimus] In epistola ipsa conjunguntur verba hujus capitis cum extremis verbis capiti, Miramur, supra eadem: hoc modo, quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio divinorum numerum, & coelestium dignitatum, ne aliquo Apostolica & canonica decreta violentur, & his ecclesia Domini, &c. rogat, oratio per interrogationem profertur.

Hi omnibus auctoritatibus laici prohibentur in Episcopatu eligi.

2 pars. Contra beatus Nicolaus ex laico electus est in Episcopum: beatus Severus ex laico electus est in Archiepiscopum: beatus Ambrosius, cum nondum esset baptizatus, in Archiepiscopum est electus. Sed exordium est, quod ecclesiastica prohibita: proprias habent causas, quibus essantibus, cessant & ipsa. Ut enim laicus in Episcopum non elegerit, hoc causa fuit, quia rita laicali ecclesiastica disciplina per ordinem non erant, restat exemplum de se proficere alii, quia in scriptis experimento non dicitur. Cum ergo quilibet laicus merito sua perfectionis clericum vitam transgredat, exemplo beati Nicolae, & Severi, & Ambrosii, ejus electio potest rita haberi.

C. IX.

Unde idem Ambrosius in epistola 12. ad Verulenses, ait de scriptis.

Neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur in superbiis. Sed si non deest humilitas competens sacerdoti, ubi causa non habet, vitium non imputatur. Itaque ordinationem meam occidentales Episcopi judicio, orientales etiam exemplo probantur.

In aliquot vestris exemplaribus caput hoc conjunctum est superiori. Nam Gratianus (quod saepe facit) sententiam patris beati Ambrosii afferre voluit, quam ipsa omnino atque eodem seruat ordine verba referre. locus enim integer sic habet. Quam restituam, ne ordinaret, postremo cum egeret, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit praescriptio, valuit impetio. Tamen ordinationem meam occidentales Episcopi judicio, orientales etiam exemplo probantur.

a ¶ In epistola ipsa conjunguntur verba hujus capitis cum extremis verbis capiti, Miramur, supra eadem: hoc modo, quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio divinorum numerum, & coelestium dignitatum, ne aliquo Apostolica & canonica decreta violentur, & his ecclesia Domini, &c. rogat, oratio per interrogationem profertur.

runt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur superbia. Si dilatio ordinationi desuit, vis cogentis est: si non deest humilitas competens sacerdoti, ubi causa non habet, vitium non imputatur.

C. X. ¶ Scholasticus ex sem, aut ex administratione postulari potest Episcopum.

Item obicitur illud Sardicenis concilii, c. 22.

Optimus a Episcopus dicitur. Et hoc necessarium arbitror, ut diligentissime tractetur, si forte aut dives laicus, aut scholasticus de foro, 2 aut de b administratione Episcopus fuerit postulatus, ut non prius ordinetur, nisi ante de lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunctus: & ita per singulos gradus (si dignus fuerit) ascendat ad culmen Episcopatus.

1 ¶ Laicus] Absit vox ista a concilio: sed ab glossam non est indulta.

2 ¶ De foro, aut de administratione] Gracè tammodo est, δὲ τοῦ τοῦ ἀγοῶν.

3 pars. Sed e aliud est postulari, aliud eligi. Postulari necesse est curia adscriptus ab Imperatore; clericus alterius civitatis a suo Episcopo: sed non eligitur aliquis, nisi in sacri ordinis constitutus. Et cum electio cum solemnitate decretis omnium subscriptionibus roboratur, postulari vero simplici petitione. Quam distinctionem B. Gregorius tenuit in regulo, d lib. 2. epist. 19. scribens Benenata Episcopo.

C. XI. ¶ Electio Episcopi debet fieri cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roborata.

Episcopus, dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti, subscriptionibus omnium roborati, & electionis tuae testimonio literarum ad nos sacrandus occurat.

Sic beatus Ambrosius 1 ante susceptum baptismum ab Imperatore est postulatus, non electus.

1 ¶ Ambrosius] Quod Synodus elegerit Ambrosium & non Imperator, ostenditur in c. Valentiniana, infra dist. 9. Ac de sua electione ipsemet Ambrosius refert aliqua lib. 1. epist. c. 1. & de panat. lib. 2. c. 8. In epistola ad Verulenses.

4 pars. Item clericus alterius ecclesiae non sune praefertendi in electione iis, qui bene militant in propria ecclesia.

C. XII. ¶ Extranei emeritis in suis ecclesiis non praependantur.

Unde Coelestinus Papa ad Episcopos Galliae, epist. 2. c. 4.

Nec e emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini & extranei, & qui ante ignorant sunt, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum civium merentur testimonio, praependantur.

C. XIII. De eodem.

Idem ead. epist. cap. 5.

Nullus f invitis detur Episcopus. Cleri 1, plebis & ordinis consensus, & desiderium requiratur. Tunc autem alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clerico, cui est Episcopus ordinandus nullus dignus (quod evenire non credimus) poterit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito praefertantur. Habeat unusquisque fructum suam militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transigit aetatem. In aliena stipendia minime alter obrepant: nec alii debitam alter sibi vindicare audeat mercedem. Sit facultas clericis retinendi, si se viderint praeferri, & quos sibi ingeri ex transverso agnoverint, non timeant refutare. Qui etsi non debentur primum, vel liberum de eo, qui eos refertur est, debent habere iudicium.

a Burch. lib. 1. cap. 27. In par. 5. cap. 71. b al. ex administratione. c In ordine Romano. d Et ubi saepe, & infra ead. c. obitum. e Polye. ibid. Anst. lib. 6. cap. 71. Deuodot. part. 1. f Deuodot. ibid. Polye. ibid. Anst. lib. 6. c. 11. Burch. lib. 1. c. 27. In part. 1. c. 81. Pan. 19. c. 7.

¶ Cleri] Hinc usque ad vers. Tunc. sunt addita ex orig. & referuntur infra 63. cap. cetera.

C. XIV. PALEA. I
IN a ordinatione prepositi illa semper consideretur ratio, ut hic constituitur, quem sibi omnis concurs congregatio secundum timorem Dei, sive etiam pars congregatiois (quamvis parva) saniori consilio elegerit. Vix autem merito & sapientia eligatur, qui ordinandus est, etiam si ultimus fuerit in ordine congregationis. Quod si etiam omnis congregatio virtus suis (quod abicit) consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenus in notitiam Episcopi, ad cuius diocesis pertinet locus ipse, vel b ad alios vicinos prepositos, vel Christianos claruerint; prohibeant pravorum prevalere consensum, & domui Dei constituant dignum dispensatorem.

¶ Palea] Hac palea abicit ab omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, que sunt collata. Exat autem in regula S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.

C. XV. ¶ De eodem.
Item Gregorius clero, & nobilibus civibus Neapolitanis, l. 8. reg. epist. 40.

Studii c vestri sit, etiam alium, qui aptus sit, providere, ut d si forte Petrus, quem a vobis electum affectis, huic ordini non videatur idoneus, sit in quem e se vestra declinate possit electio. Nam grave delictum erit opprobrium, ut si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeat, non habere.

C. XVI. ¶ De eodem.
Item Gregorius Barbaro Episcopo, lib. 21. epist. 16.

Obitum f Victoris Pannormitanæ civitatis antistitis directæ relatio patefecit. Quapropter visitationis deficiente ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter delegamus. Quam ita te convenit exhibere, ut nihil de preventionibus clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid est in patrimonio episcopi, a quoquam præsumatur ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clericum, plebemque episcopi ecclesiæ admonere festinet, ut remoto studio, uno eodemque consensu talem sibi præficiendum expectant sacerdotem, qui & tanto ministerio dignus exspectat sacerdotem, & a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solemnitate decreti, omnium subscriptionibus roboratus, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. ¶ Commonemus g etiam fraternitatem tuam, ut nullum de altera eligi permittas ecclesiæ; nisi forte inter clericos ipsius civitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad Episcopatum dignus (quod evenire non credimus) potuerit inveniri: provisorius ante omnia, ne ad hoc i cuiuslibet conversationis vel meriti laicæ personæ aspirare præsumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & in periculum ordinis tui (quod abicit) incurras. Monasteria autem si qua sunt in ipsius constituta parochia, sub tua cura, dispositioneque, quousque illic proprius fuerit ordinatus Episcopus, esse concedimus.

¶ Ne ad hoc] Similis clausula est etiam eodem lib. proxima epist. 17. & lib. 2. indic. 10. epist. 19. Bonnatis Episcopo, & epist. 26. Joanni Episcopo Syllaceno, & lib. 2. indic. 2. epist. 25. Fortunato Episcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus hanc epistolam, emendatam est hic locus, ut non multum discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verum in recentioribus editionibus epistolam B. Gregorii in epistolâ hic citata legitur, ne ad

a Ex regula S. Benedicti, cap. 64. b vel abbatibus vel Christianis vicinis claruerint. c Anselm. cap. 13. d Vis forte huic ordini hinc non videatur idoneus. orig. e quo] orig. f B. diacon. l. 2. c. 22. Deuodicit p. 1. Ansel. l. 6. c. 26. g Polyg. ibid.

id cuiuslibet conversationis vel meriti laicam personam aspirare permittas.

C. XVII. ¶ De eodem.
Item Pelagius Papa Eusebio Massimense Episcopo.

CAtinensis a ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius Episcopum de hac luce transisse susceperit relatione didicimus. Impossibile enim est, ut nos in provincia illa dumtaxat in Syracusanis partibus alii cultibus causis, quæ ad Deum pertinent, committamus, nisi forte talis tempore te Deus nunc in Catinensi ecclesiâ eligere voluerit, de cuius conscientia possimus esse securi, ut a te labores istos paulum removece possimus. Mox ergo dilectio tua ad prædictam Catinensem ecclesiâ pergat, & hominem de clero, qui nec uxorem habeat, nec filios, nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat, atque suadeat: & statim eum ad urbem Romanam cum decreto, & testificatione relationis tuæ transmittet.

C. XVIII. ¶ Qui in Episcopum eligitur, non sit reus criminum, que sacra lex morte punit.

Item Gregorius Pastore Episcopo, lib. 10. epist. 20.

BAprutium b pastoralis sollicitudine defuitum est: ubi diu quæritur quis ordinari debeat, & nequam quam potuit invenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in plimodix studio, in amore notis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodo approbatur: hunc volumus, ut fraternitas vestra ad locum veniat, & de anima sua admoveat, quatenus in bona studiis crescat. Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacre regulam morte mulanda sunt, obviant, tunc hinc mandandum est, ut vel monachus, vel a nobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placeverit, ipse ad pastoralem curam debeat promoveri.

¶ Qui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus episcopi ecclesiæ quoquam præsumi patiantur.

C. XIX. ¶ Non patiantur a quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, cui eius fuerit in quibus visitatio.

¶ Unde Gregorius Gaudenzio Episcopo, l. 4. epist. 27. seu cap. 16.

Quoniam d Festus Capuanæ ecclesiæ Episcopus in Romana civitate positus de hac luce migravit, curamque sibi fuit (quæ universis ecclesiis a nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigeret, ut memoratæ ecclesiæ visitator accedas: sic tamen, ut nihil de preventionibus e clericorum, reditu, ornatu, ministeriisque, vel quicquid præfati loci esse patuerit, a quoquam præsumi patiaris; sed omnem vigilantiam, atque curam circa clerum, plebemque eisdem ecclesiæ exhibere convenit, ut in vigiliis, obsequioque; ecclesiastico sedulo ac devote debeat deservire.

DISTINCTIO LXII.

BReviter monstratum est, ex quibus ordinibus in quo præsumi debent eligendi. Nunc videndum est, a quibus eligendi, & consecrandi. Electio clericorum est, i p titio plebis.

¶ Est] In vulgatis codicibus sequetur, consensus plebis accipis. In manus scriptis vero partim legitur, consensus plebis partim petitio plebis: atq. ita est emendatum.

C. I. ¶ Non sunt habendi vota Episcoporum, qui nec a clericis eliguntur, nec a plebis bus expendantur.

¶ Unde Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo, epist. 40. al. 2. c. 1.

Nvlla f ratio finit, ut inter Episcopos habeantur

a Polyg. ibi. Ansel. lib. 6. c. 44. b Aprutium ex tunc] c d definita] orig. d Ansel. l. 1. c. 11. e al. proventibus. f Polyg. l. 2. m. 1. Burt. l. 1. c. 2. Ansel. l. 6. c. 75. Leo p. 3. c. 65.

nec a clericis sunt electi, nec a plebeis expetiti, nec a provincialibus a Episcopis cum metropolitanis iudicio consecrati.

C. II. ¶ Populus non debet praeferri, sed sublevari. Item Calixtus Papa ad Episcopos Apuliae & Calabriae, epist. 3. c. 3.

Docendus est populus, non sequendus; nosque, si nesciunt, eos quid liceat, quid non liceat, commone, non his consensum praebe debemus.

C. III. ¶ Non consecratur in Episcopum, nisi canonice electus.

Unde Calixtus Papa II. Nullus in Episcopum, nisi canonice electum consecret. Quod si praesumptum fuerit, & consecratus, & consecratus abiq; recuperationis spe deponatur.

DISTINCTIO LXIII.

C. I. ¶ Laici electioni Pontificum non inferantur.

Unde Hadrianus Papa in e. synodo Constantino-

Nullus laicorum principum, vel potentum semet inferat electioni aut promotioni Patriarchae, Metropolitanæ, aut cuiuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat consilio, vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem, quemquam potestativorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex octava synodo, actione prima.

Hadrianus & Papa secundus (quod Nicolaus praedecessor ejus disposuerat) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem Episcopum, & Stephanum Nepesinum Episcopum, & Marinum diaconum sanctae Romanae ecclesiae, ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum, & Leonem Augustos, Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius Romanensis sedis, utriusque linguae, graecae & latinae peritus periret, & synodo congregata (quam octavam universalem synodum illic convenientes appellaverunt) eorum scismata de Ignatii depositione, & Photii ordinatione,

sedaverunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes & promotiones Episcoporum concordans prioribus conciliis, clericorum electione, ac decreto Episcoporum collegii fieri, sancta haec & universalis synodus diffinit, & statuit: atque iure promulgat neminem laicorum principum, vel potentum semet inferere electioni, vel promotioni Patriarchae, vel Metropolitanæ, aut cuiuslibet Episcopi: ne videlicet inordinata hinc & incongrua fiat consilio vel contentio, praesertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestativorum, vel ceterorum laicorum habere conveniat, sed filere, & attendere sibi, usquequo regulariter a collegio ecclesiae suscipiat suam electionem futuri Pontificis. Si vero quisquam laicorum ad contraclandum, & cooperandum invitatur ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reverentia, si forte voluerit, obtemperare se assensibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesiam saluiter promovet.

C. I. H. ¶ Electi in Episcopum Imperator interesse non debet.

Item ex historia tripertita, lib. 7. c. 8.

Valentinianus Imperator veniens ab oriente ad haereticas partes (ut refert historia ecclesiastica) morans in Auxentio, Arianae perditionis magistro, qui Mediolanensem ecclesiam, ut lupus dilaniaverat, cum veller catholicum, Deo ordinante, ibi consecravit Episcopum, evocans Episcopos, haec eis locutus est: Nolitis aperte, cruditi quippe divinis eloquiis, qualem oporteat esse Pontificem, & quod non deceat eum verbo solo, sed etiam conversatione gubernare subiectos, & totius semetipsam imitatorum virtutis ostendere, testemque doctrinae conversationem bonam habere. Talem itaque in pontificatu constituite sede, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessario relatu curantis medicamenta suscipiamus. Haec cum dixisset Imperator, petiit synodus, ut magis ipse decerneret sapiens & pius existens. At ille, super i. vos est, inquit, talis electio. Vos enim gratia divina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdos egrediens de Episcopali sede tractabat, & infra. ¶ Cum autem ordinatione divina Ambrosius nondum baptizatus, electus fuisset, exultans Imperator ait: Gratias ago tibi Domine Deus omnipotens, & salvator noster, quoniam hunc viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas, & meam sententiam ostendisti tua iustitia convenire. Cumque sanctus Ambrosius contraflaret de hoc quod acciderat (ut idem ipse in suis epistolis & scribit) confortavit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adjuvabit, & ego adiutor & defensor tuus (ut meum ordinem decet) semper existam.

C. IV. ¶ Auctoritate Apostolica, non regio favore Episcopus est eligendus.

Item Nicolaus Papa I. Lothario Regi.

Pro eo scias, quia relatum est nobis, quod quicumque ad Episcopatum in regno tuo provehendus est, non nisi faverent tibi permissas eligi. Ideo Apostolica auctoritate sub divini iudicii obreftatione injungimus,

a. al. cooperacionibus. b. almon. c. infra. 91. c. si qua. Poly. lib. 6. tit. 1. Barab. list. c. 3. Ivo p. 16. cap. 1. 4. Deu. dicit. p. 1. Ivo part. 5. cap. 1. Deu. dicit. p. 1. Ang. lib. 6. cap. 23. & 22. L. 1. tit. c. Ang. lib. 6. cap. 23. Ivo p. 1. cap. 1. Deu. dicit. p. 1. c. proximo. Poly. dicit. p. 1. Poly. lib. 6. tit. 1.

a. Promotiones & consecrationes, orig. b. al. concertandum. orig. & alii collect. c. al. & ecclesiae d. Caput est velle bonis arbitriam compositionem. e. In epist. ad Veraculum.

In veneta ecclesie Matinensis sex concilio Roma habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai prima.

C. XIV. De eodem.

Item Pelagius Papa Iulianus Episcopo Grumentina.

Litteras a charitatis tua suscepimus, quibus significas. Latium diaconum tuum ad Episcopatum ecclesie Marcellianensis a clero, & omnibus, qui illic conveniunt, postulari. Et infra. Sed nunc & hoc dicimus, ut si eum omnes eligunt, & vis eum concedere, gratiam nobis esse cognosce, & si potest, ante diem sanctum festi- net occurrere, ut vel sabbato ipso noctis magna post bap- tismum eum Dei gratia valeat ordinari.

C. XV. Ex facta i. principis qui ordinatur.

Item Laurentio Episcopo Comanenensi.

Principali & devotissimum militum, qui illic in civitate Centumcellensi consistunt, relatione ad nos directam, faciam insinuante te clementissimi principis imperialis, que eis presbyterum, diaconum, & subdia- conum fieri debere precepit. Ideo hortamur dilectionis tuam, ut personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commississent, & si eos in- culpabiles repereris, & vite ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana septimana Pasche, si Dominus voluerit, & si vixerimus, unumquemque per officia, que praximus non differas promovere.

C. XVI. Ex facta i. Eminentia est hoc vultura, ut indicet illud, de quo agitur, fuisse ad petitionem Imperatoris ordinatum: sacra- mentum Episcopatus Imperatoris significat.

¶ Placuit, ut quicumque clerici, vel diaconi promerentibus à ecclesiasticarum rerum non obtemperaverint Episcopis suis, volentibus eos ad honorem ampliores in ecclesia sua promoveri, nec illic ministerium suo gradu, unde noluerunt recedere. ¶ Pro necessitatibus Græcæ civitatis. De quibus videtur in quibusdam articulis concilii Carthaginensis, id est, ob quaedam cogentes causas suarum ecclesiarum.

C. V. ¶ Postiores prioribus Episcopis non proponantur.

Item ex concilio Agathensi, cap. 23.

¶ Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur, postiores prioribus proponant, nisi à forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesie Episcopus iussit, impleat contentat. 2 pars. ¶ Sane si officium Archidiaconatus h. propter simpliciorum naturam implere, aut expedire nequeverit, ille loci sui nomen tenet, & ordinationem à ecclesia, quem elegerit Episcopus proponendum.

¶ Et ordinationem. Quamvis in recentioribus conciliis ordinationibus Colonienfis legitur, & ordinationi ecclesie, quam elegerit Episcopus, proponatur: tamen in veteri Colonienfi, etiam Parisienfis, & duobus codicibus conciliorum Vaticanorum eodem modo, itaq; apud Gratianum.

C. VI. ¶ In quo loco quisque ordinatus est, invitatus teneri non debet.

Item Gregorius Iovani Episcopo Syracusano, lib. 11. epist. 34.

¶ Querendum ad nos relatione pervenit, Cosmam, qui ex monacho monasterii sanctæ Lucie à decessore vestro memorande memorie Maximiano in ecclesia Syracusana factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflicto, ut vitam sibi penam existimet, & contritionis & lux fugam querat auxilium. Et ideo, quia tales erga subditos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissimus, nostros volueramus esse prepositos, magis benignitatis est, si eum in ecclesiam, ubi subdiaconi est fundus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit consistere Cardinalem. Quod & facere quantum arbitramur, debetis, si tamen

a. Polytop. lib. 2. tit. 23. Iso part. 6. c. 379. b. al. adducitur. c. in eodem canonem. d. Iso part. 6. c. 42. e. Burch. lib. 2. c. 171. Iso part. 6. c. 42. Anselm. lib. 6. c. 129. f. al. ecclesiasticarum non obtemperaverunt. g. al. ne. h. al. Archidiaconus. i. al. veritate. k. al. iniquitatem.

nihil est, quod iuste contra ipsam animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, ut scire possimus, insinuet.

3 pars. Verum illud Gregori de his intelligendum est, quod non causa necessitate, sed causa ingratitude callide ab Episcopo suis promovetur queruntur. Illud autem Carthaginensis concilii de his intelligitur, qui volunt obtemperare Episcopo suo, propter necessitatem ecclesie volentibus eos ad alium a promoveri. Hanc distinctionem ex decreto Simplicii Papæ quilibet corroborare valet, qui scribit Iovani Episcopo Ravennati, epist. 2. ait inter cetera.

C. VII. ¶ Non est aliquis invitus ad Episcopatum pertrahendus.

¶ Vbi aista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium, non dilectione b. sed invidia pertrahisti: quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, ut ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicendum est, irrogares? Neq; enim talia potuissent fieri sanitate consilii. Nolimus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam privilegium metum amittere, qui permittit sibi abutitur potestate. ¶ Insuper. ¶ Denunciamus autem, quod si post hac quidquam tale praesumpseris, & aliquem seu Episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, invitum facere forte crederis, ordinationes tibi Ravennatis ecclesie, vel Amilientis noveris auferendas.

C. VIII. ¶ De eodem.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. 2. epist. 16. in dicitur.

¶ Honoratus d. archidiaconus ecclesie Solontanz à sanctæ memorie decessore meo, missa supplicatione poposceat, ut ab antistite suo invitus provehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogatur. Hoc enim fieri sibi non provehendi gratia, sed causa ingratitudeis perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memorie decessor noster scriptis suis Natali fratri, Coepiscopoq; nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum invitum proveheret, neve dolorem conceptæ ingratitudeis diutius in corde retineret. Cumque & à nobis hæc eidem summiopere fuerint interdita, non solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contemnens, præfatum archidiaconum quasi ad fortiores honorem provebens, conatus est arte callida degradare. Unde actum est ut eo de archidiaconatus loco summo, alium asciceret, qui ejus obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur amittiri suo aliunde displicere non potuisse, nisi quod eum valè sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam eorum subitili voluimus, & tunc sanctæ memorie decessor meus, & nunc ego indagatione discurre, sed ipse suorum sibi actum confensus, personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præteritis præcepti auctoritate diximus fulcitem, quatenus conveniens in Salona, Natali fratri: Coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis admonitum studeat abhorrtari, ut supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quod si facere hoc contumaciter, ut consuevit, forte disilicet usum ei pallii, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices a. Quæ si etiam amissio pallio adhuc in eadem pertinacia perseverare perpexeris, dominici quoq; corporis & sanguinis eundem antistitem participatione privabis.

Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promovendi ad sacros ordines, ad obediendum Episcopo sui provocentur.

a. Polyx. lib. 2. tit. 23. Anselm. lib. 6. cap. 66. & 67. Burch. lib. 2. cap. 20. Iso part. 6. c. 42. b. al. electione. c. in 9. 3. can. privilegiorum. 23. q. 2. c. denunciamus autem. d. Anselm. lib. 6. c. 129. e. al. contrahitur. f. orog.

C. VI. De eodem. PALEA. [Item in ordine Romano, cap. de gradibus Ecclesie.]

Quando a. & ubi libitum fuerit, usq; ad subdiaconatus officium ordinantur clerici: diaconi vero, atq; presbyteri nunquam. b. nisi in publica ordinatione.

C. VII. De temporibus ordinationis. Item Gelasius c. ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 11.

Ordinationes d. presbyterorum, & diaconorum, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi, & decimi: sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediane hebdomadae, & sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas: nec cujuslibet utilitatis causa, seu presbyterium, seu diaconum his praefere, qui ante ipsos fuerint ordinati.

DISTINCTIO LXXVI.

1. Quid temporibus jejunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat, scribens Benedicto Episcopo, epist. 1.

C. I. Quibus temporibus jejunia celebrantur.

Jejunium si quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, convenientius nunc per quatuor tempora fieri decernimus, ut scilicet annus per quatuor voluit tempora, sic & nos quaternum solenne agamus jejunium, per anni quatuor tempora.

C. II. De eodem. Item ex concilio Moguntino I. capitul. 24. [sic his iustis, sic nominatis.]

Constitutimus q. ut quatuor tempora anni ab omnibus communi jejunio obseruentur: id est, in mense Martio, hebdomada prima, in Junio, secunda, in Septembri, tertia, in Decembri, quarta.

Auctor Macrobius, 2. c. 21. de hoc ipso Moguntini concilii canonem disputans, aperit autem hoc ex imitatione traditionis ecclesiasticae fuisse proferendum. Vide & Leo Papa ait, Huius observatio, &c. quod refertur infra ead. dist. cap. 6. Et ne quis occasione horum uniuersorum Germaniarum desperaret, Gregorius spiritus (quod eodem Macrobius narratur) veterem Romanam ecclesiam conservandam renovavit. De qua re in concilio Clavementensi Vrbani secundi, canonem primo sic statuitur: Primum jejunium quatuor temporum semper fiet prima hebdomada Quadragesimae, secundum in hebdomada Pentecostes, abiq; genuinum flexione, cum Alleluja, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solennibus fiet; tertium plena hebdomada ante Natalis Domini, vigilia eiusdem accepta. Et item repetitur in altero concilio Placentiae postea habito, quod est in biblioteca Vaticana, & citatur infra ead. cap. statumimus.

C. III. De eodem. Item ex concilio Saleguntia habito, cap. 2.

De his jejuniis autem incerto quatuor temporum, hanc certitudinem statumimus, ut si Calendae Martiae in quarta feria, siue antea euenierint, eadem hebdomada jejunium celebretur. Si autem Calendae Martiae in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distenduntur, in sequentem hebdomadam jejunium differatur.

a. Anselm. lib. 7. cap. 67. b. al. non. c. Et Gregorius I. I. epist. 3. d. Polycarp. lib. 2. tit. 25. Ansel. lib. 7. cap. 45. Ivo part. 6. cap. 74. Panorm. lib. 3. c. 51. e. mediana quadragesima die sabbati jejunio. f. Polyc. lib. 3. tit. 25. Ivo part. 4. cap. 27. Panorm. lib. 3. cap. 47. g. Capitula, cap. 86. Burchard. lib. 25. cap. 2. Ivo part. 4. cap. 31. Panorm. lib. 2. cap. 110. h. Burchardus in fine. Ivo p. 4. c. 31. Panorm. lib. 2. c. 111.

Simili quoque modo, si Calendae Iulii in quarta feria aut antea euenierint, in subsequenti hebdomada jejunium celebretur; & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint, jejunium in tertiam hebdomadam referretur. Et hoc sciendum est, quod si quando jejunium mensis Iulii in vigilia Pentecostes secundam praedictam regulam euenierit, non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes [quia vigilia i. simul, & jejunium celebrari non debent:] & tunc, propter solennitatem Spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & Alleluja cantetur, & s. flectamus genua, non dicatur. Eodem modo de Septembris jejunio constitutum est, ut si Calendae Septembris in quarta feria euenierint aut antea, jejunium in tertia hebdomada celebretur: & si in quinta aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada jejunandum erit. In Decembri vero illud observandum erit, ut in proximo sabbato ante vigiliam Natalis Domini celebretur jejunium, quia si vigilia in sabbato euenierit, simul vigiliam & jejunium celebrare non conuenit.

1. Quia vigilia] Hec usque ad verbum, debent, non sunt in ipso concilio impressi ex Burchardo: eadem vero sententia repetitur in fine capituli.

C. IV. De eodem. Contra Vrbani in concilio Placentino, cap. 11.

Statuimus a etiam, ut jejunia quatuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimae: secundum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembris: quartum in Decembri more solito fiat.

C. V. De eodem. Item Leo Papa, sermone primo de jejuniis Pentecostes.

igitur b post sancta letitia dies, quos in honorem Domini a mortuis resurgentis, ac deinde in celos ascendit exigimus, postq; acceptum sancti Spiritus donum, salubriter, & necessario consuetudo est ordinata jejunia, ut si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata praesumpserit, hoc religiosae abstinentiae censura castiget.

C. VI. De eodem. Idem sermone viii. de jejuniis decimi Mensis.

Huius e. observantiae utilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis praecipue est constituta jejuniis: quae ex doctrina sancti Spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, ut lex abstinentiae omnibus sit ascripta temporibus. Siquidem jejunia vernum in Quadragesima, aestiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hyemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus, intelligentes diuini nihil vacuum esse praecipit, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quatuor Evangelia in cessabili tuba discimus, quod & praedicamus, & agamus.

2. pars: Primum vero mensis, quartum, septimum, & decimum, iam Hebraeorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primum enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus Octobris, decimus Ianuarius. In quibus, & praeterea in quinto mensis, qui est Augustus, quae fuerit eius causa jejuniis, Hieronymus in commentariis ad cap. 1. Zachariae exponit, dicens.

C. VII. Quare in supra scriptis mensibus.

Jejunium d. quarti, & jejunium quinti, & jejunium septimi, & jejunium decimi (dicitur enim subauditur mensis) domus Iudae, & Hierusalem, in dies festos, vertetur & gaudium; veritatem tantum Deus querit, & pacem. In hoc loco nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia. & pauca inserj. Cogimur:

a. Polyc. lib. 3. tit. 25. b. Polyc. lib. 3. c. Polycarp. lib. 3. d. Polyc. lib. 3. tit. 25.

Igitur ad Hebraeos recurrere, & scientia veritatem de fonte magis, quam de rivulis querere. Et paulo post. Jejunium quarti mensis, qui apud Latinos vocatur Julius, die septima & decima ejusdem mensis illud arbitrantur, quando descendens Moyses a de monte Sinatubula legis abiecit atque confregit, & juxta Hieroniam a muri primum rupti sunt civitates. In quinto mense, qui apud Latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terre sanctae seditio esset in populo, iusti sunt montem non ascendere, sed per quadraginta annos longis à terra sancta circumire dispendiis, ut exceptis duobus, Chaleb d. & Iosue, omnes in solitudine caderent. In hoc mense & Nabuchodonosor, & multa post secula à Tiro & Vespasiano templum Hierosolymis incensum est, atque destructum: capta urbs Bethel, ad quam multa millia confugerant Iudaeorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressae à Tito Annio Ruffo. In septimo vero, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudaei tribus, ac Hierusalem reliquias dissipatae. Legamus Hieroniam f. Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quod janua anni sit, atque principium) Ezechiel g in captivitate positus audivit, & cunctus populus captivorum, quinto mense templum esse subvertitum. Hoc est plenissime in eodem propheta cognoscimus. Quod vobis, quos haecenus habuistis in ludum, sciat vobis (quia cogitavi, ut beneficium Hierusalem, & domui Iuda) in laetitia, & gaudium, & solennitates esse vertendas; ira duntaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta analogem, quia tunc jejunamus, quando h sponus auferatur à nobis; & non meremur ejus habere praesentiam; cum reversus fuerit Dominus ad nos, & cogitaverit, ut benefaciat nobis. omnis tristitia vertetur in gaudium, & fames pristina sermonis Dei, praesentia doctrinarum ejus & caelestis panis saturitate pensabitur.

3 pars. Non autem videntur jejunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. Ad die enim Dominica resurrectionis usque in diem Pentecostes non inducuntur observanda jejunia.

C. VIII. ¶ De eodem. Unde Ambrosius in ejsdem diei sermone 61. qui sic incipit.

Scire debet. sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festivitas: ita ut hoc omni tempore neque ad observandum indicamus jejunia, neque ad exortandum Deum genibus succedamus. In ista ergo Dominica, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens salvator reversus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus commoratus est. Aequalis ergo eorum necessarium ut esset festivitas, quorum aequalis esset & sanctitas. Sic enim disponit Dominus, ut sicut ejus passione quadragesimae jejuniis contumesceremur, ita ejus resurrectione in quinquagesimae feriis laetaremur. Non igitur jejunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ Item in Apologia David l. Hunc numerum (quinquagesimum videlicet) laeti celebramus post Domini passionem, remisso culpa tortis debito, rhographo quoque evacuato, ab omni nexu liberi, & suspicimus advenientem in nos gratiam Spiritus Sancti: die Pentecostes vacante jejuniis laus dicitur Deo, Alleluja cantatur.

C. IX. ¶ De eodem. Unde idem Ambrosius in ejsdem diei sermone 60. qui sic incipit.

Noffe credo i vos fratres. Non minore letitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curavimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, jejunavimus sabbato: vigiliis celebravimus: orationibus pernoctantes à iustitiamus: unde necesse est, similem observantiam & simili letitia subsequatur.

C. X. ¶ De eodem. Unde Hieronymus lib. 1. de ecclesiasticis officiis cap. 42.

Post Pascha usque ad Pentecostem licet traditio ecclesiarum abstinenciae rigorem prandiis relaxaverit, tamen si qui monachorum vel clericorum jejunare coepunt, non sunt prohibendi, quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eterno leguntur abstinuisse, neque solvissent abstinenciam, nisi tantum die Dominico.

C. XI. ¶ De eodem. Item Hieronymus ad Lucinum epistol. 28.

Vtinam & omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus * Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legitur. ¶ infra. Nec hoc dico, quod Dominica diebus jejunandum putem, & contextas quinquagesimae diebus ferias auferam, sed d unaqueque provincia ab ipso det in suo sensu: & praepcepta majorum leges Approbas arbitretur.

C. XII. ¶ Sabbato magno post hanc baptismi Episcopus vales ordinari. Item Pelagius Papa Petro Episcopo Pontina.

Dilectionis scriptura suscepimus; quibus scripturas Latinum ecclesiam Grumentinae diaconum ad Episcopatum Marcellionensis ecclesiae, five Clusinae, & ab omnibus fuisse electum: quod jam ante hoc tempus nulli, & iustissimum, ut veniret, credentes eos de praesentibus eidem ab Episcopo suo dimissorias accepisse. Quod modo fecerunt, facite eum velocius ad urbem Romanam occurrere, ut si Deus jussit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quod si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur ulque ad quartam mensis junia subsistere.

a Ternolant. orig. b simili observantia similibus etiam subsequatur. orig. c Poly. l. 3. tit. 22. * Ad. 13. tit. 1. d. al. festiva. e al. sexagesima. orig. f sup. dist. 9. l. 1. Tohy. lib. 2. tit. 28. Ansel. lib. 6. cap. 29. g al. quinquagesima. dist. 1. 4. cap. frequenti.

Scire debet. In multis manuscriptis exemplaribus à capite jejuniis, usque ad cap. post Pascha. in aliquo enim usque ad ultimum, nulla est distinctio capitum. Tanquam enim usque contextu continetur multa adfortitae à Gratiano citata: Ideo verba ista, scire debet sanctitas vestra, coherent cum extremo verbi Gratiani ad finem precedenti capiti, atque legendum. Unde Ambrosius in eisdem diei sermone 61. qui incipit, Scire debet sanctitas vestra, ac deinde subiungendum, Per hos quinquaginta, &c. Sui enim modo aptavit hunc locum Gratiano. Nam apud beatum Ambrosium paulo aliter habetur. Necesse est ergo ecclesia constituit, ut post diem Pentecostes jejunia celebrantur. Sed quod in illis quinquagesima diebus jejunandum esse negatur, ex observantia necessitate intelligitur.

C. IX. ¶ De eodem. Unde idem Ambrosius in ejsdem diei sermone 60. qui sic incipit.

Noffe credo i vos fratres. Non minore letitia celebramus diem Pentecostes, quam sanctum Pascha curavimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, jejunavimus sabbato: vigiliis celebravimus: orationibus pernoctantes à iustitiamus: unde necesse est, similem observantiam & simili letitia subsequatur.

C. X. ¶ De eodem. Unde Hieronymus lib. 1. de ecclesiasticis officiis cap. 42.

Post Pascha usque ad Pentecostem licet traditio ecclesiarum abstinenciae rigorem prandiis relaxaverit, tamen si qui monachorum vel clericorum jejunare coepunt, non sunt prohibendi, quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiam his diebus in eterno leguntur abstinuisse, neque solvissent abstinenciam, nisi tantum die Dominico.

C. XI. ¶ De eodem. Item Hieronymus ad Lucinum epistol. 28.

Vtinam & omni tempore jejunare possimus, quod in Actibus * Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legitur. ¶ infra. Nec hoc dico, quod Dominica diebus jejunandum putem, & contextas quinquagesimae diebus ferias auferam, sed d unaqueque provincia ab ipso det in suo sensu: & praepcepta majorum leges Approbas arbitretur.

C. XII. ¶ Sabbato magno post hanc baptismi Episcopus vales ordinari. Item Pelagius Papa Petro Episcopo Pontina.

Dilectionis scriptura suscepimus; quibus scripturas Latinum ecclesiam Grumentinae diaconum ad Episcopatum Marcellionensis ecclesiae, five Clusinae, & ab omnibus fuisse electum: quod jam ante hoc tempus nulli, & iustissimum, ut veniret, credentes eos de praesentibus eidem ab Episcopo suo dimissorias accepisse. Quod modo fecerunt, facite eum velocius ad urbem Romanam occurrere, ut si Deus jussit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quod si ante memoratum diem non occurrerit, cogetur ulque ad quartam mensis junia subsistere.

a Ternolant. orig. b simili observantia similibus etiam subsequatur. orig. c Poly. l. 3. tit. 22. * Ad. 13. tit. 1. d. al. festiva. e al. sexagesima. orig. f sup. dist. 9. l. 1. Tohy. lib. 2. tit. 28. Ansel. lib. 6. cap. 29. g al. quinquagesima. dist. 1. 4. cap. frequenti.

DISTINCTIO LXXVII.

Hic a temporibus secundam Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, Episcopi, Presbyteri, & Diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem ex presbyteris, quidem ecclesie, vel ex diaconis optimis ordinatur. Ex monachis autem, vel laico nullus, nisi per gratiam ecclesie, debet ad summum sacerdotium pervenire.

C. I. *¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium asparet.*
Unde Cajus Papa Felici Episcopo, epist. unica in exordio.

Illud b nos statuentes, vobis, & omnibus servare mandamus, ut ad ordines ecclesiasticos sic ascendam in ecclesia, qui ordinari merentur: id est, si quis Episcopus esse meretur, si primum acolythus, deinde lector, postea exorcista, inde facter acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde, si meretur, Episcopus ordinetur.

C. II. *¶ Qua inter cuncta temporis in singulis gradibus servanda sint.*
Unde Zoimus Episcopus urbis Romae, ad ad Ilychianum, epist. 1. cap. 3.

In singulis gradibus haec tempora sunt observanda, si ab infantia i ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, ut inter lectores & exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel subdiaconus xiv. annis fiat; & si ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinq; annis, si incul pate se gesserit, haerere debet. Exinde suffragantibus studens per tot gradus datis propriae fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri: de quo loco (si cum exaltor ad bonos mores vita peraxerit) summum Pontificatum sperare debet. *¶ Defensores etiam ecclesie qui ex laicis sunt, supradicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus.*

¶ Si ab infantia *¶ Prior hoc huius capituli pari summum referitur. Ineger locus schabes.* Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores usque ad vigesimum aetatis annum continuata observatio perduret. Si maior iam, & grandaevis accesserit, ita tamen ut post baptismum suum se divine militiae desideret mancipari, five inter lectores, five inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolythus, vel subdiaconus quatuor annis, & sic ad benedictionem, &c. *¶ At sane in uno etiam per veritas Gratiani codicis, & apud Rabanum, lib. 1. cap. 13. de institut. cleric. legitur: quatuor annis, non, quatuordecim. Sed ab illis non nisi mutationem, addidit non esse.*

C. III. *¶ De eodem.*
Item Syricus Papa ad Hymnerium Tarracensem, epist. 1. cap. 3.

Quicumque o itaque se Ecclesie voverit obsequium a qua infantia, ante pubertatis annos baptizari, & lectorem debet ministerio sociari. Qui ab accessu ad obsequium usque ad vigesimum aetatis annum, si probabiliter vixerit, una tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, uxore contineat, acolythus, & subdiaconus esse debet, postea ad diaconi gradum (si seipsum primitus, continentia praesente dignum probaverit) accedat. Vbi si ultra presbyterium consecratur, exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit aspicere: si tamen per haec tempora integritas vitae ac fidei eius fuerit probata. Qui d vero jam aetate grandaevis, melioris propositi conversatione provocatus, ex laico ad sacram militiam per-

¶ Epist. 12. Anastasii. b. Ansel. l. 7. c. 49. Marcanus de instit. cler. l. 1. c. 2. c. lvo p. c. 97. & 98. d. lib. 6. c. 2.

venire festinat, desiderii sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore statim lectorum, aut exorcistarum numero societur, si tamen eum unam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse conflet uxorem. Qui dum invitatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus, & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum (si per haec tempora dignus iudicatus fuerit) provehat. Exinde jam accessu temporum, presbyterio, vel Episcopatu, si enim clerici aciebus evocaverit electio, non immerito societur.

¶ Vigesimalum *¶ In pluribus vestris exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Irenaeum legitur, trigesimalum: sed in epistola Zozimi, qua relata est in antecedente notione, vigesimalum.*

¶ Ultra *¶ Sic legitur in omnibus manuscriptoribus, & in originali ipso. In vulgato eras, intra.*

C. IV. *¶ De eodem.*
Item ex sexta synodo, cap. 35.

Subdiaconus a non minor viginti annorum ordinetur. Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali praeter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

C. V. *¶ De eodem.*

Placuit, ut ante viginti quinq; annos aetatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & ut lectores populum non saluent.

C. VI. *¶ Minoribus xxv. annis lex clericorum praestetur benedictio.*
Item ex concilio Agathensi, cap. 16. & 17.

Episcopus b benedictionem diaconatus minoribus quam xxv. annorum penitus non committat. *¶ Sane si conjugati juvenes consenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita requirenda est, ut sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conversi fuerint, ordinentur. *¶ Presbyterum vero, vel Episcopum, ante triginta annos, id est, antequam ad viri perfectam aetatem perveniat, & diaconos ante viginti quinq; annos metropolitano ordine praefumat. ne per aetatem (quod aliquoties evenit) aliquo errore culpentur.**

C. VII. *¶ De eodem.*

¶ Item ex concilio Toletano IV. cap. 17.

In veteri lege ab anno vigesimo quinto levitae in tabernaculo servire mandantur: cuius auctoritatem in canonicis & sancti Patres secuti sunt. Nos & divina legis & conciliorum praecipua memores, infantes & pueros levitae facimus, ante legitimam aetatem, ante experientiam vitae: ideoq; ne ulterius fiat a nobis, & divina lege d, & canonicis admonemur e consentit, ut f viginti quinq; annis aetatis levitae conferantur, & a triginta presbyteri ordinentur.

C. VIII. *¶ Per qua intervallo temporis ordinentur, qui de Monachis in clericatum eliguntur.*

¶ Item Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam, epist. 1. cap. 3.

Si quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat, in primis eius vita praeteritis acta temporibus inquiretur, si nullo gravi facinore probatur infectus, si secundum non habuit fortassis uxorem, nec a marito relictam fortassis ostenditur, si poenitentiam i publicam fortassis non

*¶ Et conc. Carthage. codicis. c. an. 16. Barthe. lib. 2. cap. 1. lvo p. 61. cap. 37. Panorm. lib. 3. cap. 36. Poly. lib. 2. tit. 7. * Anselm. lib. 7. cap. 96. lvo p. 3. cap. 36. Barthe. lib. 2. cap. 9. b lvo part. 6. cap. 27. Panorm. lib. 3. cap. 38. Poly. lib. 2. tit. 27. c Barthe. lib. 2. c. 12. lvo part. 6. cap. 32. Panorm. lib. 3. cap. 31. d Nom. 8. c. in edico regis, ad monachos exemptos. & al. sed. g sup. distinct. 11. cap. 1. Ansel. l. 7. c. 47. lvo p. 3. c. 43.*

scoporum sit: ita ut si quis Apostolicæ sedis sine præmissa concordia & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum, & laicorum consensu intronizatur, &c. Idem ferè habetur ad finem illius synodi, & refertur infra est qui pecunia.

C. II. § Papa superfluit, eo inconsulto, de electione facturi Pontificis nemo audeat loqui.

Item Symmachus Papa in synodo Romana prima, cap. 3. § 1.

II. Si quis a Papa i superfluit, pro Romano Pontificatu cuiquam quolibet modo favorem præstare, convincitur, loci sui honore, vel communionem privetur. Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa in columi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pyftacia promittere, aut sacramentum præbere tentaverit, aut aliquid certè suffragium polliceri, vel de hac causa, privatis conventibus factis deliberare, atque decernere, loci sui dignitate, atque b communionem privetur. & infra c. Propter occultas fraudes, & conjunctionum secretas infidias, quas huius sententia diffinitionis consequitur d, si quis ad ecclesiasticam perulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conviciter, participes actionis huiusmodi non solum purgatus ab omni culpa sit; sed etiam remuneracione, quæ non indigna sit, sublevetur. Univerfa synodus, &c.

1. Si quis Papa i Initium hoc usq, ad versiculum: Si quis presbyter, est caput secundum sagittam Fulgentii archidiaconi Romane Ecclesie: quod una cum tribus alii capitulis, in romæ concilio, præcedit primam, vel secundam synodum sub Symmacho, cum hac inscriptione: Capitula primæ synodi Romane sub Symmacho Papa. In codice vero canonum prænotantur, hæ verba: Tituli decretorum Papæ Symmachi numero quatuor: 2. Si quis presbyter i Hæc sunt propria verba capituli 3. ipsius synodi, quod est secundum in codice canonum.

C. III. § In Apostolicis culmen nullus nisi ex Cardinalibus promoveatur.

Item ex concilio Stephani Papæ III. [Desudedit ad illi, habito in basilica Constantiana, An. 9.]

O Portebat e, ut hæc sacrosancta domina nostra Romana Ecclesia (juxta quod à B. Petro, & ejus successoribus institutum est) itè ordinaretur, & in Apostolatus culmen unus de Cardinalibus presbyteris, aut diaconis consecraretur.

C. IV. § De eodem. Item ex eodem.

N Vllus v unquam laicorum, neque ex alio ordine præsumat, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoveri.

§ In Pontificali bus manuscriptis, uno Vaticano, & altero Cardinalis Sileri in vita Stephani Papæ III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hæc pertinet: Tunc illatis sacratissimis canonibus, eisque interdictis perstrutatis, prolata est sententia ab eodem sacrosancto concilio, sub anathemate interdicens, ne ullus unquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoveri: & alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

a Bar. l. 1. c. 23. l. 1. p. c. 236. Poly. l. 1. tit. 4. Anselm. l. 6. cap. 1. b. al. vel. c. c. Poly. l. 1. tit. 4. d. al. persequitur. c. Desudedit p. 1. Anselm. l. 6. c. 23. Poly. l. 1. tit. 4. f. Desudedit ibid. Poly. l. 6. c. 16. Poly. l. 1. tit. 4. l. 1. p. c. 236.

C. V. § Anathematizetur Episcopus, Monachus, vel laicus Romanam Ecclesiam invadenti, & in gradum filiorum ejus promovendi.

Item ex eodem.

III. Si a quis ex Episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonum, & sanctorum patrum statuta prorumpens, in gradum filiorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, id est, presbyterorum Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedem invadere quilibet ex supradictis tentaverit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi, & sibi faventibus fiat perpetuum anathema. & infra. § Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus, atque primatibus ecclesiæ, vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum Pontificem secundum canonicam b traditionem, anathema sit.

§ Desudedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, par. 2. cap. 23. referri multa ex synodo habita à Stephano tertio, in quibus hoc integrum continetur.

C. VI. § Anathema sit, qui canonica electionis Romani Pontificis contradiere præsumpserit.

Item ex concilio Leonis Papæ IV.

IV. Si quis ex sacerdotibus, seu primatibus nobilibus, seu cuncto clero sanctæ Romanæ Ecclesiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in concilio Bonifacii, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

C. VII. § Nullius Episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius.

Item ex concilio Bonifacii Papæ III.

N Vllus d, Pontifice Romano vivente, aut Episcopo civitatis suæ præsumat loqui, aut partes sibi facere, nisi tertio die depositionis ejus, adunato clero, & filijs ecclesiæ, & tunc electio fiat.

3 pars. Sed quæritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, qui eorum alteri preferendus sit? De his ita scribit Honorius Augustus ad Bonifacium Papam.

C. VIII. § Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati.

SI duo forte contra fas temeritate concertantium fuerint ordinati, nullum ex his futurum penitus sacerdotem; sed illum solum in sede Apostolica permaniturum, quem ex numero clericorum, nova ordinatione divini iudicium, & univertitatis consensus elegerit.

4 pars. Hoc autem capitulum e non de eo intelligendum est, qui uno per apostasiam ordinato, à Cardinalibus & religiosi clericis Apostolica sedi intronizatur, etiam si ille apostolicus ita cathedræ B. Petri volenter tenuerit, ut canonica electio in Urbem fieri non valeat.

C. IX. § De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonice electio ne ordinatur.

Unde Nicolaus Papa II. in concilio Romano h statuit, dicens.

V. Si i quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordia, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi intronizatus, non Aposto-

a Desudedit ibid. Anselm. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Rom. manuscr. b al. hanc canonicam. c Desudedit ibi. Anselm. l. 6. c. 28. d In Pontificali Rom. manuscr. Anselm. l. 6. c. 211. Desudedit p. 1. e In romæ concilio inter episcopos Bonif. 7. dist. 97. cap. Victor Honorius. f certantes. orig. g Anselm. l. 6. cap. 17. h In fine. i sup. feri idem dist. ca. si quis Apostolica. Anselm. l. 6. c. 16. Poly. l. 1. tit. 4. l. 1. p. c. 236.

Ticus, sed apostolicus habeatur, liceatque Cardinalibus Episcopis, cum religiosis & Deum timentibus clericis, & laicis, in aedem sedem Apostolicam repellere, & quem dignum iudicaverint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & utiliorem Apostolicæ sedis perpexerint, concessa ei auctoritate regendi & disponendi res, in a. utilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundum quod ei melius videbitur, juxta qualitatem temporis, quali jam omnino inthronizatus sit.

s. pars. Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædecessoris fieri debet.

C. X. *¶* Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit.
Unde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima, cap. 4.

Si b. transitus Pape (quod ablit) inopinatus evenit, & de sui electione successoris (ut supra placuit) non possit ante decernere, siquidem in unum totius inclinataverit & ecclesiastici ordinis electio, consecratur electus Episcopus. Si autem, ut fieri solet, studia cooperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerit, vincat sententia plurimorum, sic tamen, ut sacerdotio careat, qui capus promissioni, non recto iudicio de electione decreverit. Synodus dixit, placet, &c.

s. pars. *Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum a Cardinalibus, & religiosi clerici fieri debet, electio vero eorum, iudicio divino reservata est.*

C. XI. *¶* Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reservavit.
Unde Anacletus Papa ait ad Episcopos Italæ, epist. 2. c. 2.

Electionem d. vero summorum i sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritalibus populis concessisset.

¶ Summorum J. *Speciatur, Pontificum vel sacerdotum. Sublatæ sunt dua præter voces, quæ neque in originali, neque apud Ivoem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

DISTINCTIO LXXX.

Loca vero, in quibus Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri sunt ordinanda, hæc sunt sequendum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum.

C. I. *¶* In quibus locis Primates, vel Patriarchæ debeant ordinari.
Ait enim Lucius Papa.

Vrbes & loca quibus Primates præsidere debent, non a modernis, sed etiam multis ante adventum Christi fuerunt temporibus: quarum Primates etiam gentiles, pro majoribus etiam negotiis appellabant. In ipsis vero urbibus post Christi adventum, Apostoli & successores eorum, Patriarchas vel Primates posuerunt, ad quos Episcoporum negotia (sive in omnibus Apostolica auctoritate) & majores cause, post Apostolicam sententiam referende.

C. II. *¶* De eodem.
Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1.

Inter illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnico primi & flammæ eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum Primates poni, vel Patriarchas

a al. in.] b. *De aded. ibid. Poly. ibid. Anfl. 6. c. 1. Pam. 13. c. 2. e. al. convenit. d. Ivo p. 3. c. 131. e. Extat apud Stephanum Epist. 1. c. 3. Anfl. 6. c. 11. f. Leo II. epist. 3. Poly. 1. 2. tit. 22. Bar. 1. 2. c. 23. Anfl. 6. c. 11. g. al. Archiepiscopi.*

B. Petrus præcepit, qui reliquorum Episcoporum causas a, & majora, quoties necesse foret, negotia in fide, agerent. *¶ paulo post.* ¶ In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiepiscopi, quos tamen minores tenebant, quam memoratos Primates, Archiepiscopos institui præcepit. *¶ infra.* ¶ In singulis vero reliquis civitatibus singulos, & non binos, vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscopatum, aut metropolitanatum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed Episcoporum tantum vocabulo potuerunt: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed unus omnibus præfuit.

C. III. *¶* De eodem.
Item Anacletus b. epist. 2. cap. 2.

Episcopi e. non in castellis, aut modicis civitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & modicas civitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni: singuli tamen per singulos titulos litos. Et Episcopus non ab uno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari, & ut dictum est, non ad modicam civitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem urbem nominandus & denominandus est. Presbyter vero ad qualemcumque locum, vel ecclesiam in eo constitutum, est præficiendus.

C. IV. *¶* De eodem.
Item Leo Papa ad Episcopos Africa, epist. 11. c. 2.

Lud e. sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta servari, ut non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & ubi ante non fuerunt, Episcopi conferantur: cum ubi minores sunt plebes, minoresque conventus, presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernationis non nisi majoribus populis, & frequentioribus civitatibus oporteat præferre: ne, quod sanctorum Patrum divinitus inspirata decreta veterunt, viculis & possessibus, vel obscuris & solitariis municipiis, inurbatur fastidiale fastigium.

C. V. *¶* De eodem.
Item ex concilio Leodicensi, cap. 17.

Non debere in vicis & villis f. Episcopos ordinari, sed visitatores i, id est, qui circumveant, constitui: hoc autem, qui antehac ordinati sunt, nihil agere censendum: nisi conscientia Episcopi civitatis. Similiter etiam presbyteri nihil sine præcepto & consilio Episcopi agant.

¶ Sed visitatores.] *In codice Greco impresso legitur, ἡ πρεσβυτερια, in tribus autem manuscriptis, ἡ πρεσβυτερια.*

2. pars. *¶* Sedes autem Episcoporum non longo intervallo debent disjungi, ut ad consecrationem sui conspiciantur sine difficultate possint occurrere.

C. VI. *¶* Episcopales sedes non longo intervallo a se debent disjungi.
Unde Gregorius Augustinus Anglorum Episcopo, responsio octava.

Fraternitatem g. tuam ita volumus in Angliæ Episcopos ordinari, ut ipsi sibi Episcopi longo intervallo non minime disjungantur: quatenus nulla sit necessitas, ut in ordinatione alicujus Episcopi convenire non possint. Nec Episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus vel quatuor Episcopis geri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Hæc de ordinandis, & ordinariis, atque de gradibus graduum distinctionibus & dignitatibus, & de his, quæ ad illas spectant, dicisse nos sufficiat. Verum quia aliquando

a. *Judicia.] orig. b. Idem est Clementis in epist. presbyteri, c. 1. c. 4. Ivo p. 3. c. 131. e. Extat apud Stephanum Epist. 1. c. 3. Anfl. 6. c. 11. f. Leo II. epist. 3. Poly. 1. 2. tit. 22. Bar. 1. 2. c. 23. Anfl. 6. c. 11. g. al. Archiepiscopi.*

quiquisille est factator libidinum, praeceptorque vitiorum, si est, quod in lege Moysi passim sacris ordinibus a Deo nostro laxata sunt fixa luxuria, cur eos, quibus committentur sancta sanctorum, praemonet, dicens a [Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus Deus vestester.] Cur etiam procul a suis domibus, anno vicis b fuit, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum uxoris possint carnale exercere commercium, ut conscientiae integritate fulgentes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus etiam expletio delicti vitiosus fuit tempore, uxoris usus solus successione causa fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Levi, quilibet ad Dei ministerium fuerat praeceptus admitti.

C. IV. De eodem.

Idem paulo inferius.

Quia e aliquanti, de quibus loquimur, ut tua sanctitas retulit, ignorantia d se lapsos esse desent; his hac conditione misericordiam dicimus non negandam, ut sine ullo honoris augmento, in hoc, quo dejecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseverent: si tamen postea continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti privilegii exultatione nituntur, & sibi affectu ecclesiastico honore, quo indigne usi sunt, Apostolicae sedis auctoritate dejectos: nec unquam posse veneranda attribere mysteria, quibus se ipsi, dum obsecris cupiditatibus inhiant privaverunt. Et quia exempla praesentia cavere nos praemonent in futurum, si quilibet Episcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inveniatur, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiam aditum intelligat oblatam, quia ferro necesse est, ut abscondantur: e vulnera, quae fomentum non sentierint medicamina.

¶ Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus conjunctum est superiori.

¶ pars. ¶ Qui autem propter peccata iudentur deponi, post condignam poenitentiam in suo ordine poterunt reparari.

C. V. De poenitentia si imponenda sacerdotibus, qui de fornicatione convicti fuerint.

Unde in concilio Hybernensi 1. Presbyter, si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum debeat deponi, tamen iuxta auctoritatem E. Papae Sylvestri, si in vitio non perduraverit, sed sua sponte confessus fuerit, ut resurgat, decem annis in hunc mundum poeniteat: tribus quidem mensibus privato loco a ceteris remotus pane & aqua a vespera in vesperam utatur, tantum autem diebus Dominicis, & praecipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur sine carne & sanguine, ovis & caseo 2: sacco indutus humi adhaerens, die ac nocte iugiter misericordiam Dei omnipotentis imploret: finitis tribus mensibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat, ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim g debet sacerdos publicè perstrere, sicut laicus. Postea aliquantisper resumptis viribus, unum annum & dimidium in pane & aqua explet, exceptis Dominicis, & praecipuis festis, in quibus vino & sanguine h, ovis & caseo iuxta canonice mensuram uti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini, ne indurescat, participet, & ad pacem veniat, psalmos cum fratribus in choro ultimos canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta beati Clementis 3 vocem, minora gerat officia. Deinde verò ulque ad impletionem septimi anni, omni qui-

a Levit. 2. b Luc. 1. c Polybid. l. 10. p. 6. cap. 30. 9. d h. 2. tit. 19. can. 1. 2. 3. e excedantur. orig. f Po. b. 2. tit. 19. can. 1. 2. 3. g al. 1. 2. h al. sanguine. i Epist. 2.

dem tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas facias in una quaque hebdomada in pane & aqua iunget. Expleto septimi anni circulo, si sui contritus, apud quos poenitentia eius condignam poenitentiam conlaudaverit, Episcopus in primum honorem, iuxta B. Calixti Papae a auctoritatem, eum revocare poterit. Sanè sciendum est, quod secundum feriam pauperibus dandum (si opus b est) redimere poterit. Finitis autem septem annis, deinde usque ad finem decimi anni sextam feriam (nulla interveniente redemptione) observet in pane & aqua. Eadem quoque poenitentia erit sacerdoti de omnibus aliis peccatis & criminibus, quae cum in depositionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum, si sacerdos post lapsum dignè, ut supra dictum est, poenitens, ad pristinos redeat honores.

¶ Hybernensi] Caput hoc citabatur ex concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & alio libro manuscripto perovulso, in quo libro sunt multi canones poenitentiales, & hic referuntur ex Theodoro Archiepiscopo Hybernensi.

2 ¶ Et caseo] In vulgata sequitur, utatur: quae vox sublata est auctoritate omnium ferè exemplarum Gratiani manuscriptorum, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione viduati.

DISTINCTIO LXXXIII.

Revidendum e quoque est, ne si qui ad ordinandum eligitur, est a proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inveniatur. Ut enim Symmachus Papa ait, non est grandis discretio, an letum inferat, an admittat. Mortem enim languentibus probatur inferere, qui hanc, cum possit, non excludit.

C. I. Suspendatur Episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationis consentiens.

¶ Hinc Gregorius VII. ait in Reg. lib. 6. c. 12. Romanus synodi, celebrata Anno Domini 1059. al. 1078.

Si quis Episcopus fornicationem presbyterorum, & diaconorum, subdiaconorum 1, vel crimen incestus in sua parochia, pretio interveniente vel precibus confenserit, vel commissum, sibi quoque compertum auctoritate officii sui non impugaverit, ab officio suspendatur.

¶ Subdiaconorum] Aditum hoc est ex originali, & Anselmo, quemadmodum & paulo post, verba illa, sibi quoque compertum. Notum autem est a tempore Gregorii I. subdiaconos eadem lege continentia, quae presbyteros, adstrictos fuisse.

C. II. Maximè ecclesiam ledit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

Nemo e quippe in ecclesia nocet amplius, quam qui perversè agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere praesumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator hortatur. Episcopus itaque, qui talium criminum non corrigat, magis dicendus est causus impudicus, quam Episcopus.

¶ Episcopus] Hec non sunt verba apud B. Gregorium. Similia citantur 7. 2. 9. 7. c. qui nec regimini, ex Augustino (cui etiam reliqua huius capituli antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Ivone citantur. Ceterum videtur collectorem, Burchardus quidem l. 1. c. 12. Ivone autem p. 5. c. 6. 7. referunt aliqua ex Origine, quae cum his aliquantulum conveniunt.

a Epist. 2. b operarius.] Polyc. c In libello Emendat. d Anselm. lib. 6. cap. 177. e Polyc. lib. 4. tit. 21. Burch. lib. 1. c. 209. lvo p. 5. c. 27. Burch. lib. 1. c. 209. lvo par. 5. cap. 312. 478 Gregorio.

C. III. ¶ Qui non resistit erroribus, consentit. Item Innocentius.

ERror a, cui non resistitur, approbatur, & veritas, eam minime defenditur, opprimitur. Negligere, quippe cum possis deturbare perverfos, nihil aliud est, quamovere. Nec caret scrupulo societatis occultare, qui manifesto facinorosi definit obviare.

C. IV. ¶ Non prodest suo errore non pol- luit, qui alieno consentit. Item Pius, epist. ad omnes Christi fideles.

Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consentium praestat erranti? C. V. ¶ Qui non occurrit, consentit erranti. Item Gregorius I.

Confentire & videtur erranti, qui ad refecanda, quae corrigi debent, non occurrit. ¶ Gregorius] In epistola impressa B. Gregorii non habetur. Verum lib. 7. epist. 117. Syagrii Episcopo Augustodunensi post ea verba, qui non resistit, in regis manuscripto pervertitur, & in Polyepo, ubi ipsa epistola integra refertur, hac sequuntur. Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, ut refectari debeant, non occurrit. Quia vero, &c. Sicut autem aliorum vitia palpate non debet, ita nec malorum laudibus delectari.

C. VI. ¶ Miserimus Episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. Unde Anacleus Papa, epist. 7. Episcopis omnibus.

Nihil e illo est pastore miserius, qui laorum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ovibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ovium potest. Perdit enim laborum t memoriam mensterrenis obligata carceribus. Sicut d artium in suo quoque opere invenitur mater infantia; ita nocera eruditionis est negligentia. ¶ Laborum] In epistola Anaclei legitur, laboris, apud Anselmum, & in uno ex vetustis codicibus Gratiani, laborum, unde potuit irrepisse mendam: quod tamen ob glossam non est sublatum. 2 pars. Quamquam e sacerdotem tam a suis, quam ab alieni criminibus oportet esse immunem, tamen si alterison se habuerit, non ideo verba sua praedicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait, ut luxuriam per carcerem humidum suum lavat, & non levatur, ita bona doctrina per malorum doctorem animas credentium lavat a forditibus peccatorum.

DISTINCTIO LXXXIV.

Sollicitum quoque & vigilantem oportet esse Episcopum circa confessionem pauperum, revelationem oppressorum, sustinendam mansuetudinem: Quod si facere neglexerit, asperum corrigendus est.

C. I. ¶ Corripitur Episcopus, qui circa officium suum negligens existerit. Unde Gregorius Antiocheni subdiacono Campaniae, lib. 11. epist. 29.

Pervenit ad nos, fratrem & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidem, negligentemque in cunctis existere, ut in nullo, quia est Episcopus, agnoscat: adeo ut neque ecclesia ipsius, neque monasteria, sive filii ecclesiae, vel oppressi pauperes s, ejus erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi s, in quibus iustum est, opem defensionis accommodet, &

a Deo dedit par. 2. Eleuterio Papa ad Gallia provincias, & orientales, in epist. ad Iulium, & Aegyptis in epist. ad Felicem I. b Polyep. lib. 4. tit. 31. c Anselm. lib. 6. cap. 114. Ivo par. 3. cap. 227. in fine. d al. sicut autem. e Barci, lib. 1. cap. 20. ex dictu Hieron. Ivo par. 5. cap. 317. f al. vel pauperes. g hu,] orig.

(quod adhuc dici est gravius) consilia sapientum, & recta fruentium nulla patiatur ratione suscipere; ut quod per fenequit attendere; ab altero saltem possit adducere. & infra. a. ¶ Quod si ita est; non sine culpa esse cognoscas, qui cum oburgare; atque coecere, ut dignum est, distulisti. Quia ergo hoc totum non solum ipsum: reprobatur, sed etiam ad sacerdotis officii pertinere: probatur opprobrium; volumus ut etiam contra alios sacerdotibus; & b quibusdam de filiis suis nobilibus aliis sacerdotibus; & c hortari. Si verbus contestari pro hac re debeas, & hortari. Ad nos est modo omnibus transmittendum, ut hic potius discere possit, quid vel qualiter secundum Dei timorem agere conveniat sacerdotem.

C. II. ¶ De eodem. Idem ad eundem eod. lib. epist. 33.

Nunciatum est nobis, Campaniae Episcopos ita negligentes existere; ut immemores honoris sui neque ecclesias, neque erga filios suos paterne vigilantis curam exhibeant, vel monasteriorum sollicitudinem gerant, seu in oppressorum & pauperum se tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate praecipimus, ut eis a te convocatis, & nostro illos mandato distinctim commones; quatenus desides ulterius esse non debeant, sed sacerdotalem se habere zelum, & sollicitudinem opere doceant, atque ita in his, quae eos iuste fecerunt, Deum agere convenit, vigilantes existant, ut malum nos de eis denovo murrunt exasperet. Si quem vero corum post hac negligentem transmittit, ut quam sine eum sine aliqua exultatione transmittit, ad nos ve, nolle ab his, quae reprehensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi, regulari in se valeat distinctione sentire. 2 pars. ¶ Quod autem de immunditia castitatis sacerdotum operatur, hoc etiam de quibuslibet altari servientibus intelligendum est.

C. III. ¶ Qui sacramenta divinis inferviunt, continentiam in omnibus servant. Unde in Carthaginiensi concilio II. d. cap. 2. Anacletus Episcopus dixisse legitur.

Um e in praeitero concilio de continentie & castitatis moderamine tractaretur, gradus illi in constitutione s quadam castitatis pro consecratione nexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, ut concederet sacrosanctos antefecti, & sacerdotes; nec non & levitas, vel qui sacramenta divinis inferviunt, continentem esse in omnibus, quoque sint simpliciter, quod a Deo possint; impetrare quoque modo Apostoli docuerunt; & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus: 2. Ab universis Episcopis dictum est. Omnibus placet, ut Episcopi, presbyteri, diaconi, vel s qui sacramenta contrectant; pudicitiam custodes, etiam ab uxoriibus abstineant. Ab omnibus dictum est: placet, ut in omnibus, & ab omnibus pudicitiam custodiant; qui altario deferunt.

¶ Docuerunt] In vulgari codicibus sequitur, ex iplo, quod est sublatum: quia neque in ipso secundo Carthaginiensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in unico codice canonico quo Graecus canon continetur, neque in veteris Gratiani canonibus habetur, & ex glossa videtur translatus in textum.

¶ Custodiamus] In codice canonum cap. 2. auctoritate thagueris sequuntur hac: Paulinus Episcopus eod. fize Potentinae provinciae Niceni, Legatus ecclesiae Romanae dixit, Placet, ut Episcopi, &c. qui in concilio Coloniensi concistorum edictum scripta sunt.

a Paulo plenus apud B. Gregorium. b vel] in eodem paulo inferius. c al. ad. d In Carthagi. concilio & 4. e dist. 31. Episcopos. dist. 31. c. altit. f al. continentiam custodiant per. g. al. &c.



characteribus. Verum in presbitero, duobus Parisiensibus, & ecclesiam Viterbanam, quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi s. cap. 3.

¶ Vm a de quorundam clericorum, quamvis erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit Episcopos, & presbyteros, & diaconos secundum priora statuta etiam ab uxoribus continere, quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi, sed secundum uniuersumque ecclesie consuetudinem observari debere.

¶ Debere] In eodibus impressis hæc sequuntur, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit] ut supra legitur. Sed illud, ubi necessitas urget. Quæ sunt expressa, quam vestitus caditibus, aut non habentur, aut sunt scripta in margine.

¶ 3 pars: Similiter, quod monachus Episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos derivari oportet.

C. V. Laica sit tantum communiōe contentus clericus, viduam, aut secundam ducens uxorem.

Unde Syricus Papa Hymerio Tarracon. Episcopo, epist. 1. cap. 11.

¶ Quisquis e clericus, aut viduam, aut certè secundam conjugem duxerit, omni ecclesiastice dignitatis privilegio mox nudetur, laica sibi tantum communiōe concessa. Quamita demum poterit possidere, si nihil posita, propter quod hanc perdat, admittat.

¶ 4 pars: Treolyterno vero nomen, quamquam à sanctitate sit suspensum, magis tamen mansuetam indicat sapientiam, quam caucem corporis.

C. VI. Presbyteri seniores dicantur non tantum ætate, quam sapientia.

Unde Anacletus ad Episcopos Italia, epist. 2.

¶ Porro à Moyli præcipitur, ut eligat presbyteros [id est, seniores]. Unde et in proverbis * dicitur. [Gloria senum antiques] hæc et verò canices sapientiam designat, de qua scriptum est. [Canices hominum prudentia est.] Cumque non gentes amplius annos ab Adam usque ad Abraham, vixisse homines legerimus, nullus alius prius appellatus est presbyter; id est, senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis vincitur. Non ergo propter decrepita senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

¶ Hæc distinctio est verò usque adeo Episcopi est necessaria, ut si ab ea inveniamus alieni iure prohiberi ordinari.

C. I. Hospitalem refectorem non fiat Episcopus.

Unde Gregorius scribit Iovanni Episcopo, lib. 12. cap. 6.

¶ Rêhidiaconum & Florentinum ecclesie Anconitanæ, qui ad Episcopatum fuerat electus, scriptura quidem scire scientiam habere, sed ita ætatis senio iam confectum accepimus, ut ad regiminis officium non possit assurgere: adijcetes etiam illi illum tenacem existere, ut in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat. Rufficus autem diaconus ejusdem ecclesie, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentinum vero diaconum Ecclesie Ravennatis, qui ab omnibus electus dicitur, sollicitum esse novimus, sed

a In ord. cap. 25. In Africa, cap. 37. distinct. 32. c. placuit. b Al. propria. c Anselm. lib. 2. cap. 100. p. 6. c. 11. d Anselm. lib. 2. cap. 100. p. 6. c. 25. * Proverb. 20. e al. hinc. f Item. Dist. lib. 2. c. 25. g Proverb. 20. e al. hinc. g al. Florentinum. al. Florentinum archidiaconum.

qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoq; tractantur tua una cum fratre & Coepiscopo nostro Armenio supra scripta ecclesie Anconitanæ visitatore illuc seffinet accedere, & diligenter de moribus a singulorum requirere, si denullo tibi sunt crimine consilii, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de præfato archidiacono dictum est, quia nunquam amicus domum ejus ingressus est, si ita veritas habeat, & utrum ex necessitate, an ex tenacia b talis sit; aut si ita senex est, ut ad regendum non possit assurgere, vel si tactis sacrosanctis Evangelii (sicut nobis nuntiatum est) iurjurandum præbuerit, nunquam se ad Episcopatum accedere. Sed & de Ruffico diacono, quos psalmos minus tenet, per se scitandum est. Florentio autem diacono Ravennati, si nullum, sicut dicimus, crimen est, quod obstat, apud Episcopum ejus agi necesse est, ut ei debeat cessionem concedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto, ne contra suam voluntatem eum cedere. c videatur.

DISTINCTIO LXXXVI.

¶ Distinctio autem Episcopum oportet esse, ne inferiorum cupere in eum respondentur, qui de ceteris officium accipit, quod exequi nescit, vel negligit.

C. I. Negligentia rectorum imputamus culpam inferiorum.

Unde Leo Episcopus scribit Aquilegensi Episcopo, epist. 3. & 4. seu 16.

¶ Inferiorum d. culpa ordinum, ad nullis magis referenda sunt, quam ad desides, negligentesq; rectores: qui multam sepe nutrium pessilitiam, dum aufferentem i. dissimulant adhibere medicinam.

¶ Anteriorum] Sic legitur in epistola 24. Verum in epistola tertio ejusdem Leonis legitur, necessariam. Reliqua utrobique eadem sunt.

C. II. Homines sunt diligendi, peccata odio batenda.

Item Leo Episcopus Ruffico Narbonensi Episcopo, epist. 90. seu 92. in princip.

¶ Dio habeantur peccata non homines: corripiantur tumidi; tolerentur infirmi: & quod in peccatis levius castigari necesse est; non sapiens plectatur animo, sed medentis.

C. III. Qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet.

Item Ioannes VIII.

¶ Facientis e culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum f. quippe est [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiant facientibus] participes iudicantur. ¶ Et s. libat Domino prospera, qui ab afflictis pellice adverte. Et negliget, cum possit deturbare perverfos, nihil aliud est, quam fovere. Nec caret ferulo confessionis occulte, qui manifeste facinori desinit obviare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deviantis, qui non pepererit excedenti. Et primus innocentie gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui jungit cum pravitate consentium. Et nihil prodest alicui non puniti proprio, qui puniendus est alieno peccato.

¶ Caput hoc ex variis sententiis hinc inde collectis confectum est: quarum prima usque ad vers. emendate. sumpta est ex epistola beati Gregorii 114. lib. 7. modis 2. Theodorico & Theoberto Regibus Francorum.

a al. de vita & moribus. b al. renacitate. c al. concedere. In recentioribus editionibus. d Anselm. lib. 2. cap. 115. e Gregor. lib. 7. cap. 114. indist. 2. f Rom. 1. g Pelagus 2. epist. 3. Eusebius sup. dist. 12. c. error. 2. q. 7. negligere. & 23. q. 3. c. qui potest. Ivo p. 6. cap. 115.



versus Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est unicum caput.

¶ Non est leve peccatum] Verba haec non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycaepo.

C. XV. ¶ De eodem. Idem ibidem paulo inferius.

Domini a non b vult simul effundi opes, sed diffusi, nisi forte, ut Helisus, e qui boves suos occidit, & pavit pauperes ex eo quod habuit: ut nulla aura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se prophetiam daret.

C. XVI. ¶ De eodem. Idem ibidem continetur.

Est d probanda illa etiam liberalitas, ut proximos tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, ut ipse subvenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deprecari, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus: causam enim i natura praestat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicisti, ut tuos divites facias, sed ut vitam tibi perpetuam fucha boni operis acquiras, & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant se partum poscere, pretium et tuum querunt: vitæ tuæ fructum adimero contendunt: & reculant, si quò eos divites non feceris, cum te illi velint acrius vitæ fraudare mercede.

¶ Casam enim] Apud B. Ambrosium legitur, causam enim praestat, non gratia: item apud Anselmum, & in Polycaepo. Sed vultu codices Gratiani, & glossa cum impressis concordant. Alia quædam nomina ex ipsi Ambrosio sunt emendata.

C. XVII. ¶ De eodem. Idem ibidem paulo inferius.

Consideranda g est etiam in largiendo aras, atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenios proit natales, ut semibus plus largiatis, qui sibi labore jam non queunt victum quaerere. Similiter de debilitate corporis, & hæc juvenada promptius: tum si quis ex divitiis cecidit in egestatem: & maxime, si non vicio suo, sed ut latrocinii, aut proscriptioe, h aut calamitas, quæ habebat amissa.

C. XVIII. ¶ De eodem. Item libro secundo officiorum, c. 21.

Pulchra i etiam i liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, ut abundes pluribus, non conciliandi favoris gratia ultra modum fluere. Quidquid ex affectu puro & sincero promittitur, hoc est decorum: non superfluas adificationes aggredi, nec prætermittere necessarias. Et maxime sacerdoti hoc convenit, ornare Dei templum honore & congruo, ut etiam hoc cultus aulæ Domini respiciat: impensas misericordiae convenientes frequentare: quantum oporteat largiri peregrinis, non superfluis, sed competentibus, &c. Idem l. ¶ Comparari autem alienis calamitatibus, necessitates aliorum, quantum possumus, juvemus, & plus interdum quam possumus. Melius est enim pro misericordia causas praestare, vel invidiam perpetui, quam prætere invidentiam, ut nos aliquando in invidiam in cadim', qui confitegemus vasa mystica, ut captivos redimeremus.

¶ Pulchra etiam] Apud B. Ambrosium legitur: Pulchra liberalitas erga ipsos quoque pauperes mensuram tenere. Sed apud Anselmum, & in Polycaepo habetur ut apud Gratianum, & adess glossa in voce, dato.

a. al. Deus] orig. b. Poly. ibidem. Ansel. ibid. c. 3. Regum, 17. d. Ansel. ibid. Poly. ibid. e. al. premium. f. al. accusat. orig. & sic. al. megi. g. Poly. ibid. Ansel. ibid. h. al. proscriptioe. i. Poly. ibidem. Ansel. ibid. k. deesse.] orig. l. eod. lib. 5. 21.

C. XIX. ¶ De eodem. Idem ad c. Luca, in vers. [Generatis viperarum.]

IN a singulis quoque generibus hominum conveniens tribuit Sanctus Baptista Ioannes responsum unum: omnibus, ita: publicanis ne ultra præscriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant; docens idcirco stipendia constituta militibus, ne dum sumptus quaeritur, prædo grassentur. Sed hæc & alia officiorum præcepta propria singulorum, misericordia b communis est usus. Ideo commune præceptum omnibus officiis, omnibus atque necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel urbanus, dives & pauper, omnes in commune admonentur, ut conferant non habent. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfecte forma virtutis, ne vestimentis, alimentisque suis parcant. Misericordia tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura servetur, ut non sibi unquamque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiat.

C. XX. ¶ De eodem. Idem ad c. 15. Luca.

Chæterum Dei traditio est, ut prius pascas parentes. Nam si iuxta e divinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis famæ, quæ morte gravior est? Quo loco insolentem Dominus infrenat iactantiam, &c.

C. XXI. ¶ De eodem. Ibidem in libro de officiis, 1.

Paste d fame morientem, si quisquis enim pascendo hominem servare poterat, si non pavisti, occidisti. ¶ De officiis] Caput hoc non est inventum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycaepo ex eodem citatur & Bartholomæus Verbinus Eronota in Adulterio, quæ colligit ex dicta B. Ambrosii asserta hanc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber habentis desideratur.

C. XXII. ¶ De eodem. Item Hieronymus in commentariis ad Galatas, c. 6. in vers. Alter alterius.

¶ Vidementiam non habet, nec indurus est viscera misericordiae, & lachrymarum, quamvis spiritalis sit, non adimplet e legem Christi. ¶ pars. Similiter etiam oportet Episcopum non esse percussorem, id est, non ad vindictam facilem.

C. XXIII. ¶ Ad vindictam Episcopus stultus esse non debet. Unde Gregorius scribit Iovanni Episcopo Eboracensi, in libro undecimo, epist. 49.

¶ Quod verò de quocumque clerico ad aures tuas pertinerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec ad vindictam te res accendat iniquita: sed presentibus sententiis ecclesie tuæ diligenter est veritas persequenda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. XXIV. ¶ De quodam Episcopo, qui antequam Missarum silentio celebraret, die Dominico ad exarandam missam missam profectus esset.

Idem Innocentio Episcopo, lib. 6. in d. 2. epist. 3.

¶ Anta g nequitia ad aures meas de tua senectute pervenit, ut eam nisi adhuc humanitus pensarem, fixam inaledictione ferirem. Dicitur quippe mihi est, quod Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares,

a. Singulis quoque] orig. b. al. misericordia. c. Matth. 15. Levit. 20. Exod. 21. d. Anselm. lib. 12. cap. 21. Polycaepo. lib. 6. tit. 20. D. T. 2. 9. 32. ar. 5. e. adimplet.] orig. f. 11. q. 7. §. quid. g. 1. q. 7. tam. Burch. lib. 1. cap. 171. lvo p. 2. cap. 74. 82. B. 1. cap. 312.

ad exarandum mentem laetioris presentium perrexit; & post exarationem eius, Misfarum solennia celebrasti: post Misfarum solennia etiam terminos possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum qua pena debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubii autem de tanta hac perversitate fueramus, sed filius noster Cyriacus abbas a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita recognovisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur, ut aliquando respicias miser senex, atque a tanta levitate morum, & operum perversitate compescas. *b* Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior atque timidior debes. Et quidem poenitentiam in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute novimus, interim tacemus. Eos vero, quorum consilio hac egesti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus: ita ramen ut si quid eis intra duorum mensium spatium humanitus advenierit, benedictione viatici non priventur. Deinceps autem ab eorum consilio cavus exite: te quoque sollicito custodi, ne sis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuae ulterius, nec senectuti parcamus.

7 pars. Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propria manibus aliquem caedat.

C. XXV. § Non licet Episcopo propriis manibus aliquem caedere. Unde in Agathensi concilio legitur.

Non e[st] licet Episcopo manibus suis aliquem caedere. Hoc enim alienum a sacerdote esse debet.

1 Agathensi] Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus & Ivo citant ex decretis Bonifacii Papa. Habetur autem in decretis Gregorii, cap. 16. apud Julianum antecess. Non dicitur similis etiam canon 22. Apostolorum, quem interpretatur synodus Constantinopolitana, qua prima & secunda dista est, cap. 8 pars. Prohibetur etiam Episcopus turpis lucris esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio vitium, vel cetera sibi necessaria, quarat. Quod generaliter de omnibus ad vitam cultus mancipatus, ad est, clericis & monachis intelligi oportet.

C. XXVI. § Qui communerantur in clero, turpibus lucris non insistant. Unde in Chalcedonensi concilio, cap. 3. legitur.

Per venit ad sanctam synodum, quia deus, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucris gratiam alienarum possessionum conductiones, & causas saeculares suscipiunt; & a sacris quidem officiis se per desidia separant, ad domos autem saecularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes avariis causa suscipiunt. Decrevit ergo sancta & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est Episcopum, sive clericum, aut monachum conducere possessiones, aut miscere saecularibus procuracionibus, nisi forte, qui legibus ad minorum etatum tutelam, sive curaciones inexcusabiles attrahuntur, aut cui civitatis ipsius Episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula, & orphanorum, ac viduarum, que indente sunt, & earum personarum, qua maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit haec praeccepta, correctioni ecclesiasticae subiaceat.

DISTINCTIO LXXXVII.

Viduis autem & orphanis ecclesia praesidium implorantibus Episcopi debent adesse: & contra improborum violentas, protectionis patrocinium eis negare non debent.

a al. hortamur, ali. quando respicite. b al. compescite. c Burch. lib. 1. c. 202. Ivo part. 3. c. 116. d Burch. lib. 1. c. 194. Ivo p. 6. c. 210. e al. saecularium.

C. I. § Implorantibus patrocinium Episcopi debent adesse.

Unde Gelasius Gerontia a & Petro Episcopi. Licet omnibus de nobis sperantibus non debeamus, in quantum possumus, nos negare, plus tamen viduarum & orphanorum casus, & impensius ducimus exequendas: quas tueri a nobis, vel ab omnibus divina manifestaverit.

C. II. § De eodem. Idem Anastasio Episcopo.

Defensionis propriae desolatis auxilio, & qui suis aetibus adesse pro aratis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet subvenire: quia pupillis tuitionem etiam divinitas iustit impendi. Et ideo Maximo & Ianuario, clericalis officii (qui desolato parentum vel propinquorum asserunt desituros) auxilium et nostra delegatione praestavit: ut adversus improbitatem adversariorum suorum protegi tua executionis annua noxia commenta non sentiant.

1 Pupillis] In codicibus impressis sequitur, & viduis, que vocat expulsa sunt, quia absumt a plerisque vestigiis. Et quae antecedunt de sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.

C. III. § De eodem. Idem Leonio & Petro Episcopo.

Quisquis in negotiis suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos connotit animositate praestare.

C. IV. § De eodem. Idem Honorio Episcopo.

Divinx retributionis memor ad pontificalem celsitiam non ambigas pertinere, egentium commendis piam sollicitudinem non negare.

C. V. § Tuator ecclesiae, quae in sua defensione suscipit. Idem Fortunato Episcopo.

Religiosum e[st] proflus, & execrabile iudicamus, qui quicumque vel extraneos in sua tuitione suscipit, non omni fide, & tota animi sui educaverit sanctitatem. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuae, Felicitas Olympii suggeratur avunculus, eosque parvulos tuum vice suscepit nutriendos, ultra laurocinium esse vitamus, quod eos bonifacis d[omi]ni parentum (sicut affertur) reliquit extorres, alia retinendo, alia contra leges de vendendo.

1 Quisquam] In vulgari codicibus sequitur, etiam eos, qui in aliquot manscriptis, & apud Irenaeum non habentur, que sublati est. Non enim hic clericus cum laico, sed extraneus sanguine iunctus comparat.

C. VI. § Confugientes ad ecclesiam extraneos non licet. Item ex concilio Araucano I. cap. 5. & sequentibus.

Eos, qui ad ecclesiam confugerint, tradi non oportet, sed loci sancti reverentia & intercessione defendi. Si quis autem mancipia clericorum pro mancipiis ad ecclesiam confugientibus creditur cupanda, per omnes ecclesias districtissima damnatione feriat. In ecclesia quoque manmissos, & perflamentum ecclesiae commendatos, si quis in servitium & obsequium, vel ad colonatiam conditum revocare tentaverit, animadversione ecclesiasticae erceatur.

a al. Leonio. b al. protegi. c Ivo part. 6. c. 102. d Bonifacii. Rabanus part. cap. 22. Burch. lib. 3. cap. 135. e Ivo part. 3. c. 116. f coerebitur. ariz. C. 11.

C. VII. § In libertate ecclesia tuatur libertas.

Item ex concilio Agathensi, c. 29.

Libertus a legitime a dominis suis factus, ecclesia, si necessitas exegerit, utatur: quos si quis ante audientiam aut pervadere, aut expoliare profuulerit, ab ecclesia repellatur.

C. VIII. § A sacerdotibus defendantur liberti, ne in servitutem revocentur.

Item ex concilio Toletano 4, c. 71.

Liberti, qui b. a quibuscumque manumissi sunt, & ecclesie patrocinio condemnati existunt, sicut regulam antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, si in statu libertatis eorum, si in peculio, quod habere non sciunt.

C. IX. § Expositus defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

Si expositus ante ecclesiam cuiusquam fuerit miseriam collectus, confessionis ponat d. epistolam, ut si is, qui collectus est, intra decem dies quasvis agnitionem non fuerit, securus habeat, qui collegit. Sane, qui post praedictum tempus calumniator extiterit, ut homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

DISTINCTIO LXXXVIII

Roborent ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.

C. I. § De eodem.

Decevit e sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones condicere, aut negotiis secularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, [& orphanorum] ac viduarum, aut si forte Episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere precipiat. Vbi liquidum patet quia alia sunt negotia secularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses g. in saeculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret, qui intus contemplatione captus, foris infirmantium negotiis urgebatur? & infra. Sic & Iacob b. ascendentes & descendentes Angelos vidit: quia videlicet rectores ecclesie non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini facerdotum horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

1. Melchisedes] Caput hoc habetur in scripto de primitiva ecclesia & mansuetudine Constantini, quod in antiquis conciliarum voluminibus continetur sequitur post decreta Melchisedes (quarvis in recentioribus conciliis nonnulla varientur) sit interpositum & ex illa conjunctio fortasse saluberrima, ut hoc quoque scriptum olim decreta Melchisedes adnumerari, si non a se, cum tamen in eo de Niceno concilio, & alii, qui post Melchisedes gesta sunt, mentio fiat: quod excipit ad futuram. infra 12. questione: 1. apparer.

C. II. § De eodem.

Item Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam, cap. 17.

Consequens: est, ut illa quoque de Piceni partibus

a. Ivo part. 3. cap. 119. & p. 6. cap. 51. Pann. 12. c. 52. b. Burch. 12. c. 114. Ivo p. 6. cap. 46. & p. 16. c. 12. Pann. 12. c. 53. lib. 6. cap. 42. c. coner. Velsen. c. 3. Burch. 12. c. 201. Ivo p. 3. c. 52. Polygl. 12. tit. 12. d. al. ponatur epistola: e. In scripto de primitiva ecclesia & mansuetudine Constantini ex concilio Chalcedoniense, cap. 3. Et ab ista ista dicitur fore ab omnibus manscriptis. g. Exod. 23. h. Gen. 22. i. Concil. Aquilensis, cap. 53. 14. quae 4. c. clericus. Polygl. lib. 4. tit. 12.

nuper ad nos missa relatio nuntiavit, non pretereunda putarem: id est, plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere, a nullo pudore cernentes Evangelicam legislationem, qua ipse Dominus b. negotiatores e templo verberatos flagellis afferunt expulsi, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait e. [Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.] Falsam d. quos; David furda dissimulantes aure, cantantem. [Quoniam non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quasibus noverint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiorum ingenio, vel cupiditate cessandum: aut in quocumque gradu sint positi, mox a clericali officio abstinere cogantur: quoniam domus e. Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.

C. III. § In sacris ordinibus constitutus secularis curam assumere non debet.

Item ex septimo canone Apostolorum.

I. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus nequaquam

seculares curas assumat, sin aliter, deiciatur.

C. IV. § Episcopus secularibus causis occupari non debet.

Item Gregorius Romano defensori, l. 8. epist. 11.

Relatum e. est ad nos reverendissimum Fratrem nostrum Basilium Episcopum, velut unum de laicis in causis secularibus occupari, & praetoris inutiliter deservire. Quae res quoniam & ipsum vitem reddidit, & reverentiam sacerdotalem annihilat, statim ut experientia tua hoc praecceptum susceperit, cum ira ad reverentiam districta executione compellat, quatenus ei illicite infestente quinque diebus sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo cum ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos graviter incipias esse culpabilis.

C. V. § Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris Episcopus non suscipiat.

Item ex concilio Castiginiensi 4. c. 11.

II. Episcopus b. tuitionem testamentorum non suscipiat.

C. VI. § De eodem.

Item ex eodem, c. 20.

III. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se revocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei praedicationi tantummodo vacet.

C. VII. § De eodem.

Item ex eodem, c. 17.

IV. Episcopus i gubernationem viduarum, & pupillarum; ac peregrinorum non per seipsum, sed per Archiepiscopum, aut per archidiaconum agat.

C. VIII. § Rationum causas clericus suscipere non debet.

Item Gregorius Quarto ex praefato, epist. 30. lib. 10.

I. Nutile, & valde laboriosum est, hominem literatum, rationum causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

C. IX. § Evitendus est clericus negotiator.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

Negotiatorem clericum, & ex inope divitem, ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge.

a. al. imitare. b. Math. 23. c. 2. Tim. 2. d. Psal. 70. vide infra quoniam. e. Luc. 19. f. ne officina negotiationis, & spelunca potius sit latronum. orig. g. Anf. 16. c. 179. h. Polygl. 1. 4. tit. 12. i. Polygl. ibid.

C. X. ¶ Clerico negotiari non licet. Item Augustinus in libro questionum veteris, & novi Testamenti, cap. 17.

Fornicari a omnibus semper non licet, negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari: factum jam, non licet.

C. XI. ¶ De eodem. PALEA. [Item Ioannes Chrysostomus super Mattheum, [id est, Auditor operis imperfecti, tom. 3, ad c. 21, Matth.]

Eliciens b Dominus vendentes & ementes de templo, significavit, quia homo mercator vix, aut nunquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator, aut si voluerit esse, proiciatur de ecclesia Dei, dicente propheta c. [Quia non cognovi negotiationes, introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere vultus, & se commendare, sine malitioso esse non potest: necesse est enim ut isti male loquatur de illo, & illi male de isto. sic qui emit, & vendit, sine mendacio & perjurio esse non potest. ¶ *Paulo interpellat.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quicquid enim si retineam, aut alius a tale certas in cribro: dum huc & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt, & tandem in cribro nihil remanet, nisi sterces solum, sic de substantia negotiatorum novissime nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Offendam ergo, quis non est negotiator, ut qui talis non fuerit, cum intelligas esse negotiatorem. Qui quicquid rem comparat, non ut ipsam rem integram & immutatam vendat, sed ut materia sibi sit inde aliquid operandi, ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, ut illam ipsam integram & immutatam dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei eicitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est usufructus. Ipse namque rem datam a Deo vendit, non comparatam, ut mercator, & post factum rem suam repetit, tollens aliena cum suis, mercator autem non repetit rem venditam. Ad hoc dicit aliquis. Qui agrum locat, ut agrarium recipiat, aut domum, ut pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad usuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem usum disposita est, nisi ad emendum. Secundum, quoniam agrum habens arandum capiat ex ea. Ideo qui locat agrum, vel domum suam, usum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodammodo quasi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullum usum capis. Tertio ager vel domus utendo veterascit. Pecunia autem cum fuerit mutata, nec minuitur, nec veterascit. [Et mensas nummulariorum subvertit.] Pecunia spiritus aliter homines intelliguntur, quia sicut nummia habet charagma Caesaris, sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Caesaris, reprobus est, ira & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus estimatur. Vnde Esaias e dicebat ad Hierusalem. [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinum cum aqua, &c.] Ideo ergo mensas nummulariorum evertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nummi, nisi spirituales, id est, qui Dei imaginem non diaboli portant. Aut certe mensas nummulariorum, sacerdotum dicit scripturas. Nono enim Testamento succedente priori, evertit sunt scripturæ illorum.

¶ Hæc Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Palea raro habetur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti [cujus multa sententia, partim a Ivo p. 1. c. 29. Pauli. 1. 7. c. 26. b Paulo aliter. c Psal. 70. d aliquam vinti speciem.] e Esai. 1.

reicienda, partim in bonam partem interpretanda sunt) & quidem multo loci de industria, quod sibi plenus, hic in summam redactum est, in hunc sensum. Quamobrem ea tantum mutata, non locupletata sunt, que velle conuicere videntur. Quod etiam in sequenti capite est observatum.

C. XII. ¶ De eodem. PALEA. [Item ex verbis Augustini [hinc inde collectis, & in summam redactis ad Psal. 70. var. Quoniam non cognovi.]

Quoniam non cognovi literaturam. Aliqui codices habent [negotiationes: in quo diversitas interpretationem sensum ostendit, non errorem inducit. Ego si preterea iste tota die laudem Dei dicit, quia non cognovi negotiationes, corrigant se Christiani, non negotiant. Sed ait mihi negotiator. Afero ex longinquo mercedem mercedem laboris mei, unde vivam peto: dignus a est operarius mercede sua. Demendacio, de perjurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotio. Possent enim dicere, tanto emi, tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo revocas a negotiatione? omnia artifices mentiuntur, futores, agricolæ. Vis, ut operarius carum tempus, ut possim vendere annonam, quam desideravi? Sed non hoc faciunt, inquis, & agricolæ boni: non illa negotiantes boni. Quid enim? Etiam & filii habere malum est, quia quando eis caput dolet, manus & infideles matres ligaturas facientes, & incantationes quærun? omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quæro ergo Episcopo (dicit mihi negotiator) quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere a negotiatione, negotio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæram ergo negotiatores, qui presumunt gloriam habere, quoniam si sunt contra illam gratiam, quam hic psalmista commendat, ut nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos superbos salus pollicitorum respicitur, hoc, quod dictum est, [tota die salutem tuam] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes respicitur hoc, quod dictum est, [vos meum annuntiabit salutem a tuam.] Vnde & Dominus expulit illos de templo, volentes suam justitiam statuer, & ignorantes justitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negotium, quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus.

C. XIII. ¶ De eodem. Item Cassiodorus in eundem psalmum 70. in eundem versiculum.

Quid est aliud negotium, nisi quæ possint vitia conparari, carius velle distrahere? & infra. Negotiatores e ergo illi abominabiles existimantur, qui justitiam Dei minime considerantes, per immoderatum concupiscentiam ambitum polluantur, merces suas plus pernoctando, quam pretiis. Tales eieci Dominus de templo dicens f. [Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.]

C. XIV. ¶ Nomine sacerdotis carere, qui de ministris a suis advocat officium. Item Cyprianus ad clerum, & plebem Firmitanorum, lib. 1. epist. 7.

Neque g apud altare Dei meretur nominari sacerdotum prece, qui ab altari sacerdotum ministris voluit avocare. Et ideo Victor, cum episcopum formam nuper in concilio a sacerdotibus datam, episcopus Faustinum presbyterum ausus sit tuorum consuetudine, non est, quod pro dormitione eius apud nos oblatio, aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur: ut sacerdotum decretum religiose, necessarè factum servetur a nobis.

a Luc. 10. b Psal. 87. c Psal. 70. d justitiam non est, non meam, &c. Aug. e al. negotiari. f Ivo p. 1. c. 29. g Ivo p. 1. c. 29.

DISTINCTIO LXXXIX.

Omni a quoque sua oportet Episcopum bene esse praeposum, ut quodam inde quodammodo futura distinctio argumenta sunt. In dispensatione vero ecclesia hanc regulam observandam non videtur, ut nulli quantumlibet exercitiae persona duo simul officia committat: neque secularibus vicibus ecclesiasticis gubernandis committat.

C. I. ¶ Unum personam duo non committantur officia.

Unde Gregorius scribit omnibus Episcopis. Singula officia ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis singulariter committi iubemus. Sicut enim membra non eundem actum habent; ita in ecclesia corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in uno eodemque spiritu, alii conferendum est hoc officium, alii committendum est illud: neque uni quantumlibet exercitiae persona uno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus, ubi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diversa officia, & robur corporis servat, & pulchritudinem repraesentat; ita varietas personarum per diversa nihilominus officia distributa, & fortitudinem & venustatem sanctae Dei ecclesiae manifestat. Et sicut in eorum est, ut in corpore humano alterum membrum alterius fingatur officio; ita ninium noxium, simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

¶ Gregorius [Capitulum hoc à collectoribus ita citatur, quasi sit veritas aduersus epistolam B. Gregorii. Verum à Ioanne à diano lib. 2. vix epistolam sancti Pontificis, mem. 24. sic referuntur. Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulariter committi debere dicebat; afferens, quia sicut in uno, &c. Ex ea autem nomina sunt emendata.

C. II. ¶ Quilibet Episcopus vicedominum & economum habeat.

Item Gregorius Ambrosio subdiacono, lib. 2. epist. 66.

Voluntas, e ut frater nosker Paschasius, & vicedominus ministri ordines, & maiorem domus: quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quae eveniunt, idoneus, & paratus existeret. Si vero & negligentem eum prospicias, & ea, quae diximus, implere differenterem; omnis clerus ejus adhiberi debet, ut communis consilio ipsi eligant, quorum personae ad ea, quae praediximus, valent ordinari.

Hinc colligitur pariter archidiacono electorem à curato clero, si Episcopus negligens vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedominum est, Episcopatum à dispendere.

¶ Hinc [Verba haec usque ad verbum officium, absunt à plerisque vetustis exemplaribus.]

C. III. ¶ Quod sit officium vicedominum.

Unde Gregorius Clementinae patriciae, lib. 1. epist. 11. post alia.

Diaconum e verò Anacolum, quem ad nos dirigi poposcimus, hoc nos facere non posse, causa magis modus, quam rigoris antefrigit fecit. Vicedominum enim eum constituimus, cuius arbitrio Episcopatum committimus disponendum.

C. IV. ¶ De eodem.

Item ex concilio Chalcedonenis, c. 26.

Quia si in quibusdam ecclesiis, sicut ad nos pervenit, sine economo Episcopi res ecclesiasticas tra-

stant, placuit omnes ecclesias habentes Episcopos etiam economum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiam res cum arbitrio sui Episcopi: ut non sine testimonio sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum, & ex hoc eveniat res eisdem ecclesiae dispergi, & sacerdotali dignitati obretractari generetur. Si vero quis hoc non observaverit, divinis subiacet regulis.

¶ Hic idem canon refertur infra c. 26. quafi. 7. c. quoniam in quibusdam, ex versione Dionysii. Hic enim est ex prisca, quae extat in collectione Isidori.

C. V. ¶ Secularibus viris res ecclesiasticae non committantur.

Item Gregorius Iannario Caralitano Episcopo, lib. 7. epist. 66.

Indicatum est nobis, quod laici quibusdam curam vestri patrimonii commiseritis, & qui postmodum in rusticorum vestrorum depravationibus, atque in fatigationibus fuerint deprehensi, & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suae ditionis, quippe vestrae non suppositi curationi, possint, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte vobis dicenti convenit, atque inter eos, ecclesiae vestrae rusticorum causam examinare subtiliter. Et quicquid in eis fuerit fraudis inventum, cum poena legis statuta reddere compellantur. De extero vero cavendum à fraternitate vestra est, ne secularibus vicibus, atque non sub regula nostra degentibus, res ecclesiasticae committantur, sed probatis de vestro officio clericis. In quibus, si quid reperiri poterit pravitate, ut in subditis, emendare quod illi citè gestum fuerit, valeatis: quod videlicet apud vos habitus sui officium magis convenienter admittent, quam aculent.

¶ Atque fatigationibus in plerisque manuscriptis legitur, atque ex fatigationibus in editionibus epistoliarum B. Gregorii, atque per hoc & fatigationibus: in uno autem vetusto caralitano epistolario codice, atque per hoc ex fugationibus.

¶ Quod videlicet apud B. Gregorium legitur, quos apud vos habitus sui magis officium commendat, quam excuset.

¶ Pars. Propinquus etiam, vel favore sua conjunctus, ecclesiastica officia Episcopus committere non audeat.

C. VI. ¶ Ecclesiastica officia non committat Episcopus propinquus, vel favore conjunctus.

Unde in Toletano concilio, c. 23. legitur.

Decenter omnibus placet, & in praesentia tale rescindere factum, & non esse de extero faciendum. Quicunque igitur pontificum deinceps aut quocumque propinquus, aut favore personis quibuslibet sibi conjunctis à talia iura & commendare tentaverit, ad sum nefandae praesumptionis excidium, & quod iustum fuerit, deo cetur in iram, & qui ordinaverit, annus excommunicationi subiacet. Quae vero ablata fortasse fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.

¶ Propinquus officia quare ita sint distinguenda, & non uni personae omnia committenda, ex auctoritate Gregorii & Bonifacii Papae, datae in illis epistolis sic videntur.

¶ Caput hoc pent in stem verbi legitur in epistola Bonifacii secundi ad Fulgentium, & Gregorii primi ad Episcopos Galliciarum, l. 4. epist. 52. Sic quoque multis epistolis B. Gregorii vultu leguntur, quae in scriptis superius non habentur.

C. VII. ¶ Graduum & ordinum distributio, ecclesiasticam unitatem conservat.

Ad hoc dispensationis f. divinae provisio gradus diversos, & ordines constituit esse distinctos, ut dum reverentiam minoribus exhibentibus, & potiores

a. Anst. l. 6. c. 26. b. committentes. orig. c. Nam quosque. orig. d. devinitu. orig. c. Al. loco. f. Al. dispensationis.

minoribus dilectionem impendent, vera a concordia fiet, & ex diversitate contextio, & recte officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim universitas alia poterat ratione subsistere, nisi hujusmodi magnus eam differentie ordo servaret. Quia vero quæque creatura in una, eademque qualitate gubernari, vel vivere non potest, cœlestium militarium exemplum nos instruit: quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate & ordine (sicut nobis) differt alter a altero.

DISTINCTIO XC.

Litibus quoque prohibetur ordinari, quia qui sua potestate discordantes ad concordiam debet attrahere, qui obligatione dissensionum prohibetur recipere, nequaquam ligandi facilitate alios ad dissidium debet provocare.

C. I. ¶ Clerici discordes, desistantur, vel revocentur ad concordiam.

Unde in concilio Carthaginiensi quarto, c. 39. legitur.

Discordantes a clericis Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet.

C. II. ¶ Dissidentium fratrum, in ecclesia oblationum dona non recipiantur.

Item ex eodem, c. 39. & 34.

Oblationes a dissidentium fratrum neque in sacro, neque in gazophylacio recipiantur. Similiter, si dona eorum, qui pauperes opprimunt, a sacerdotibus refutanda sunt.

C. III. ¶ Extra ecclesiam esse probatur, qui pacem cum proximo non habet.

Item Cyprianus de unitate ecclesie.

Neque g ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacem promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt amuli sacerdotum? An secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi ecclesiam colliguntur? Tales etiam occisi in confessione nominis fuerint, macula ista, nec sanguine abluitur. Inexpiables, & gravis culpa discordiæ nec passione purgatur.

C. IV. ¶ Murmurantes a fratrum unitate alieni efficiantur.

Item ex octava synodo.

Alienus si a fratrum unitate, qui murmurat, & opus æjus abiciatur, qui murmurans exierit: ne pecnam murmurantium incurrat: de qua Apostolus h dicit: [Neq; murmuraveritis, sicut quidam murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.] iuxta a mensuram itaq; operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio peniteat.

In libello B. Basilii de institutis monachorum Rufino interprete (qui in per Coloniae cura regula B. Benedicti est impressus) cap. 42. an ultima responsione habetur prima pars hujus capituli usque ad ver. abiciatur.

¶ Qui murmurans.] Eiusdem libelli, cap. 30. penultima interrogatio sic habet. Si verò etiam quis murmuret propter eam, quæ erga eum sententia servabitur? Resp. Ea, quæ circa eos, qui murmuraverunt in deserto. Dicit enim Apostolus [neq; murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore.]

a Una concordia fieret ex diversitate concilio. b aequalitate. Bon. c al. novu. d Burch. lib. 2. cap. 215. Ivo p. 8. c. 290. e Burch. l. 4. c. 38. & 39. Ivo p. 2. c. 47. & 48. f Insa, c. eorum. g Burch. l. 9. cap. 51. & 54. Ivo p. 13. cap. 31. & 33. Ex concilio Moguntino. h 2. Cor. 10.

2 ¶ iuxta] Hæc pars non habetur in eo Basilii loco. Burchardum vero & Ivo nem (a quibus citatur ex concilio Moguntino) sic legitur, iuxta mensuram, opusque peccati, quia in hoc sententia, &c.

C. V. ¶ Corripiantur, qui rixas & contentiones amant.

Item ex eodem.

Si quis monachus. i. b. contentiones, vel rixas amaverit, vel manifestum convicium fratri intulerit, iuxta arbitrium rectoris, modumq; peccati, diuturna expietur penitentia. Item c. ¶ Qui contentiosus, aut murmurans exierit, secundum arbitrium prioris tamdiu a pœniteat, quamdiu culpæ qualitas extat.

¶ Si quis monachus.] Hanc priorem partem Burchardus, & Ivo citant ex concilio Agathonis, in quo etiam habetur ex eodem librorum sexdecim, lib. 5. cap. 22. abest autem fere ubique, etiam in multis Gratiani exemplaribus, voc. monachus.

¶ Tamdiu.] Apud Burchardum, & Ivo nem (qui citant hanc partem posteriorem ex Agathonis), habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 36. ex statuti finimum] legitur, ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

C. VI. ¶ Dissidentes Episcopi ad concordiam redire cogantur.

Item ex concilio Carthaginiensi IV. cap. 28.

Dissidentes a Episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

C. VII. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 26.

Studendum est Episcopos, si dissidentes fratres, clericos, sive laicos, ad pacem magis, quam ad iustitiam coërceant f.

C. VIII. ¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt.

Item ex eodem, cap. 34.

Eorum qui pauperes opprimunt dona a sacerdotibus sunt refutanda.

C. IX. ¶ Accerta alienorum fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt.

Item ex concilio Agathonis, cap. 1.

Placuit h etiam, ut (sicut plerumq; fit) quicunque, vel aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem revocari diuturna oblatione nequiverint, a sacerdotibus civitatis primitus arguantur. Qui si inimicitias ponere perniciose intentione noluerint, de ecclesia iustissima excommunicatione pellantur.

C. X. ¶ Inedii macerentur acerrimis, qui fratri suo reconcitari noluerint.

Item Fabianus Papa.

Si quis & contritus noluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente eo qui contritavit, acerrimus maceretur inedii, usque dum gratanti animo satisfactio recipiat.

C. XI. ¶ Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi consilium & auxilium præstent.

Item Innocentius secundus.

Recipimus, l ut Episcopi ad solum Deum & legem, item populi habentes respectum, omni regimine remota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi

2 ¶ Recipimus, l ut Episcopi ad solum Deum & legem, item populi habentes respectum, omni regimine remota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi

a In regula Isidori, cap. 17. Burch. l. 10. c. 62. Ivo part. 1. c. 10. b ubi est a multu exempli. c In libro sententiarum Patrum, c. 36. ex statuti finimum: Burch. l. 10. c. 13. Ivo p. 13. cap. 34. d Burch. l. 1. c. 62. Ivo p. 2. cap. 192. e Burch. lib. 2. cap. 191. Ivo p. 13. cap. 39. Ivo p. 2. cap. 48. f Burch. lib. 10. c. 61. Ivo p. 13. c. 61. divina intentione. k Burch. l. 10. c. 13. Ivo part. 1. c. 10. l In concilio Lateranen. c. 9. extra de treng. & p. 1. precipimus, ex Alex. 4.

filium & auxilium prestant: neque hoc alicuius amore vel odio pretermittant. Quod si quis in hoc Dei opere repudius inventus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurat.

C. XII. ¶ Expellendi sunt a communione fidelium, qui sibi invicem reconciliari maluerint.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

¶ Relatum a. est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus, b. velle, & ut cadant decetate: similiter in sacramentis discredere: & ob id contentiones, & amulationes fieri inter vos: a quibus discessionibus vos avertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nata si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis, ab Apostolica sedis, & totius ecclesie communione vos pellic non dubitatis.

DISTINCTIO XCI.

¶ Quæ autem turpi lucro, vel inhonesto negotio vitam suam quæere prohibentur, de oblationibus ecclesie stipendia conficiantur, propriis artificio, c. vel agricultura (exemplo Apostoli, id qui de labore manuum vivebat) sibi necessaria inveniat: ita tamen, ut occasione sui operis vigiliis ecclesie non desit. Quod absque inæqualitate sua corporis nulli impune conceditur.

C. I. ¶ Corripiantur clerici, qui officii ministerii, vel vespertini se subtrahunt.

Unde Pelagius e. Papa.

¶ Leutherius frater & Coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbere, & id quod nobis iubentibus facta in scitino cautione promissit, ut quotidianis diebus vigilis in eius celebrarentur ecclesia, illis contentamentibus implere non posse, sed magis unumquemque suum (postposito ecclesie servitio) vacare negotiis. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse offendere contumaces, debita oburgatione compece, & modis omnibus vigiliis vacare compelle.

C. II. ¶ De eodem.

[Item ex concilio Nannetensi.]

¶ Presbyter g. mane, matutinali officio expleto, penultimum servitium suum, canendo primam, tertiam, sextam, nonamque petulovet: ita tamen ut postea horis competentibus, & lignis degnantibus iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholasticis publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat: seipsum, ut necesse fuerit peregrinorum, & hospitum, sive diversorum commendantium, infirmorum quoque, atque defensorum succurrere possit, usque ad statutam horam pro qualitate temporis & opportunitate. h. Item ex dictis S. Benedicti. ¶ Propheta dicente. [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratum numerus a nobis sic implebitur, si matutinam, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriumque tempore nostræ servitutis officia perolverimus: quia de his dixit propheta & [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilis idem ipse Propheta ait [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ.

a Paul. l. 1. cap. 147. Poly. l. 4. tit. 12. b. al. frater. c. al. antiph. d. Alt. l. 1. cor. 4. Thess. 2. & 2. Thess. 3. e. al. Galat. f. Anf. l. 7. c. 16. g. extra de reb. m. f. ca. 1. ex A. galat. Bur. l. 2. c. 104. l. 1. p. 6. cap. 111. ex Nannetensi. h. al. op. p. 1. v. 1. In reg. S. Benedicti, cap. 20. Bur. l. 2. cap. 101. l. 1. p. 8. cap. 111. k. Poly. l. 1. c. 303. l. 1. p. 7. c. 110. b. al. apparet. c. Cap. 49. d. dist. 92. c. 2. Bur. l. 2. c. 102. l. 1. p. 6. c. 102. & 101. f. Cap. C. 45. Bur. l. 2. cap. 210. l. 1. p. 6. cap. 201. Bur. l. 2. cap. 21. C. 50. g. Anf. l. 7. cap. 70. Eph. h. al. colligendæ, ut. i. Anf. l. 7. cap. 69. Poly. l. 4. tit. 12. l. 1. p. 2. cap. 79.

C. III. ¶ Sine officio detrimens, artificiosum sibi clericum necessaria querat.

¶ Item in concilio quarto Carthagenensi, c. 52. & 49. Clericus a victum & vestimentum sibi artificioso, vel agricultura, absque officio sui duntaxat detrimens, parat. h. Item. c. ¶ Clericus, qui absque corpulenti sui inæqualitate vigiliis a deo, stipendio privatus i. excommunicatur.

¶ ¶ Privatus. In postrema Colonienis conciliorum editione legitur, priveitur. Sed in versutioribus Colonienibus, duobus Parisiensibus exemplaribus, duobus huius concilii manuscriptorum Vaticanis, & uno Sorianensi regio legitur quemadmodum apud Gratianum.

C. IV. ¶ De eodem.

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

¶ Clericus, e quantumlibet verbo Dei eruditus, artificioso victum querat. Item. f. ¶ Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiosa, & literas discant. Qui verò non emendo aliquid in mundanis, vel in foro deambulans, ab officio suo degradentur. Intemptores i. autem ab officio declinantes, vel negligentes agentes, ab officio suo removeantur.

¶ Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthagenensium quarti, non suo ordine dispositis.

¶ ¶ Intemptores. In exemplaribus concilii etiam manuscriptorum legitur, clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentem agentem, ab officio suo removendum. Contra enim in canone 4. 2. jubet, clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus vero, ad quas (præter tyrannorum persecutionem) aliqui clericorum officium suum deserunt, agit B. Ambrosius, epist. 17.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 30.

¶ Clerici verò, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium Episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

¶ Vm autem ad ecclesiam venerint, corde magis, quam voce Deo cantandum meminerint.

C. I. ¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus.

Unde Hieronymus lib. 2. comment. ad cap. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶ Cantantes g. & psallentes in cordibus vestris Domino. ¶ Audiant hæc adolescentuli: audiant ii, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragicorum modum guttur & fauces dulci medicamine limende b. sunt, ut in ecclesia Theatrales moduli audiantur, & cantica, sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

¶ Ab officio autem cantandi & psallendi Diaconi inveniantur exempti, ne dum voci modulationi student, altaris ministeria negligant.

C. II. ¶ Cantandi officium Diaconi sibi non usurpent.

Unde Gregorius l. 4. epist. 44. seu c. 10. & l. 12. post siveo epistolatum in concilio ab ipse habito.

¶ N. sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium i. cantores elegantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis interserviant.

a Bur. l. 2. c. 303. l. 1. p. 7. c. 110. b. al. apparet. c. Cap. 49. d. dist. 92. c. 2. Bur. l. 2. c. 102. l. 1. p. 6. c. 102. & 101. f. Cap. C. 45. Bur. l. 2. cap. 210. l. 1. p. 6. cap. 201. Bur. l. 2. cap. 21. C. 50. g. Anf. l. 7. cap. 70. Eph. h. al. colligendæ, ut. i. Anf. l. 7. cap. 69. Poly. l. 4. tit. 12. l. 1. p. 2. cap. 79.

quos ad predicationis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad sacrum ministerium, dum blanda vox quaritur, quari congrua vita negligatur, & cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Qua de re praesenti decreto constituitur, ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque Evangelice lectionis officium inter Missarum solennia exolvant: psalmos vero, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel fructuosos exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentaverit, anathema sit.

¶ **I** Ministerium] In impressis sequatur, constituti. quae esse expedita est, quoniam neque in vetustis Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in glossa ad versu. ministerium. quae etiam glossa non est inter veteriores.

¶ **2** pars. A quibus ordinandi oportet esse immunes breviter monstratum est. De quorum vero manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim & curati iuxta ipsam constituti ab Episcopo suis debent ordinari.

¶ **C. III.** ¶ Qui non sunt ordinati ab Episcopo, in pulpito non fallant, neque legant. Unde in concilio Martini Papa legitur.

Non a liceat in pulpito fallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo lectores sunt ordinati. De Episcopo autem, a quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, supra deservimus est.

¶ **3** pars. ¶ Nunc autem queritur de his, qui ordinati, a parochia sua non recipiunt, vel pro aliqua causa sua adire noluerint, an in alterius parochia Episcopale possint officium celebrare. De his in concilio Martini Papa b. statutum est.

¶ **C. IV.** ¶ Sacerdoti tantum officium gerat Episcopus, quem sua parochia non recipit.

Si quis ordinatus Episcopus, pro contentione 2. populi, aut pro aliqua ratione, non pro sua culpa in parochiam, quae ei fuerit data, non ierit, hunc oportet honorem sacerdotii tantummodo contingere; ita ut de rebus ecclesiae, in quam venit, nihil sibi praesumat, suffineat autem, quod de eo sanclum concilium iudicare voluerit.

¶ **1** ¶ Episcopus] In vulgari sequatur, ad parochiam, cuius est electus: quae iudicia sunt auctoritate manusciporum, & originalis, ac ceterorum collectorum.

¶ **2** ¶ Contentione] In duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & in concilio Regi Catholici legitur, contentione.

¶ **C. V.** ¶ De Episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11.

Si quis Episcopus ordinatus ad parochiam, cuius f. est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quod eum aut populus veteri, & aut propter allam causam, non tamen ejus vitio perpetuam, hic & honoris sit & ministerii participet: dummodo rebus ecclesiae, ubi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat. Quem etiam observare ad conventum quidquid synodus perfecta 3. provinciae iudicando decreverit.

¶ **1** ¶ Veteri] ἡ δὲ τὴν τὴν λαὸν παραμένον. eod quod populus recuset.

¶ **2** ¶ Observare] ὀνομαζόμενος, id est, expectare & suscipere.

¶ **3** ¶ Perfecta] Aetas legitur, perfecta. Restituta est vera hinc ex originali, & Burcardo, & Trome. Quid autem sit synodus, quae hic perfecta, & in paulo post sequentibus ca-

a In scriptulo Martini Bracarenfis c. 45. b Cap. Martini Bracarenfis, c. 18. c Vide Pelag. in epi. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 11. cap. 5. c. 11. d al. convenit. e In epi. Poly. ibid. Bur. l. 1. c. 1. l. 2. p. 6. 32. f al. vici. g al. vici.

pitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. si qui Episcopus, tertio.

¶ **C. VI.** ¶ A sua parochia non recepti alia molestiam non inferant. Item ex concilio Antiocheno, c. 12.

Si a qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque, alios occupare parochias, & vim praesulibus earum inferre, seditiones adversus eos excitando, obijci b. placuit. Quod si voluerint in Presbyterii ordine, ubi prius fuerant, ut Presbyteri residere, non abiciantur a propria dignitate. Si autem seditiones commoverint ibidem constitutis Episcopis, Presbyteri quoque honor. talibus autoratur, sicutque damnatione c. notabiles.

¶ **C. VII.** ¶ Communionem privetur Episcopus qui sibi commissum ecclesiam adinoglexerit.

Item ex concilio Antiocheno, cap. 17.

Si quis Episcopus per manus impositionem Episcopatum acceperit, & sibi commissum ministerium sibi negligenter, nec acquirere: ite ad ecclesiam sibi commissam, hunc oportet communionem privari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreverit ejusdem provinciae synodus & ceterorum.

¶ **1** ¶ Et sibi] Ita etiam Burcardo, & Leo. Sed in vetustis Dionysii, quibus in ceteris partibus referunt, legitur: & praedicti populo constitutus ministerium sibi, &c. quod ad verbum de graeco expressum est.

¶ **C. VIII.** ¶ Sine concilio integri ordinis vacatum Episcopus vacans ecclesiam non adiat.

Item ex eodem, c. 16.

Si quis Episcopus vacans in ecclesiam non habentem Episcopum, irrumpens populos, sine concilio integri ordinis irruerit, etiam populus, quem adduxit, delideret illum, alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem & perfectum concilium dicitur illud, cui metropolitanus & Episcopus interfuisset.

¶ **1** ¶ Metropolitano] Ad idem est, Metropolitanus etiam. Sic etiam Graecis, ὁ τῆς πόλεως μητροπολίτης.

¶ **2** ¶ Metropolitano] Ad idem est, Metropolitanus etiam. Sic etiam Graecis, ὁ τῆς πόλεως μητροπολίτης.

¶ **3** ¶ Metropolitano] Ad idem est, Metropolitanus etiam. Sic etiam Graecis, ὁ τῆς πόλεως μητροπολίτης.

¶ **C. IX.** ¶ Excommunicatus clericus, qui ab Episcopo communicatus, matris, vel vestitus horum adesse neglexerit.

Unde in concilio Martini Papa legitur.

Si quis Presbyter, aut Diaconus, vel qualibet clericus ecclesiae deputatus, si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco in quo ecclesia est, & ad quendam nam placendi officium b. matris, vel vestitus horum ad ecclesiam non convenerit, deponatur a clerico, & nomen catigatus veniam ab Episcopo per satisfactionem nolit promereri.

DISTINCTIO XCIII.

Obedientiam auctoritate inferiorum ordinum i superioribus debent. Summa enim Potestas, ea debet ab omnibus obedire, ut non liceat ei commo-

a Poly. ibi. Bur. l. 1. c. 36. Leo. p. 1. c. 147. b In Poly. ibi. id est, segregari. c idem est, id est, abdicatus, d. l. 1. c. 11. Bur. l. 1. c. 37. Leo. p. 1. cap. 148. e Apud Martini Bracar. cap. Bur. l. 1. c. 39. Leo. p. 1. c. 150. f Sup. dist. 91. c. 1. dicitur etiam. g In cap. Martini Bracar. c. 64. Leo. l. 1. c. 151. h In scriptulo.

nuar, cui pro altibus suis inimicus ipse extiterit; nec in ecclesia esse poterit, qui cathedram deserit.

C. I. ¶ Qui pro altibus suis Apostolicis inimicatur, communicare non debemus. Unde beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis popululum alloquens, inter cetera ait.

¶ Cui a inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis, si vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter observare debetis, & volumari eius absque communiione obsecundare, & avertire vos ab eo, cui ipsium sentitis adversum: sed ne loqui his, quibus ipse non loquitur: ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestram amicitias ferre, & se hinc citius reconciliari ei, qui omnibus praestitit, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit montis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est & ipse ex illis, qui extermineare Dei ecclesiam volunt, & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi, qui foris sunt, & eviderent inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae sunt inimica, gerit, & ecclesiam dispergit, ac vastat. Ideoque i charissimi his Apostolicis institutis vos monentes iustitiamus, ut effecta certior charitas vestra sollicitis deinceps agere studeat, & cautius, ne pervertat & infideles homines, laedendi fideles ac beneficos habeant facultatem.

¶ Ideoque] Hinc usque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso positivum videtur Gratiani cetera etiam scempe.

C. II. ¶ A nullo debet suscipi, quem Romana deponit ecclesia. Item Gregorius lib. 1. epist. 26. §. 4. c. 158.

Mitatus valde sum, quia in tanto Salonitanae ecclesiae clero, vel populo, vix duo ex facis ordinibus inventi sunt, frater scilicet, & Coepitopus noster Paulinus, & dilectissimus filius meus Honoratus Archidiaconus ejusdem ecclesiae, qui communicare Maximo sacerdotium rapient, minime consentirent, & se Christianos esse cognoscere. Debutis enim filii charissimi perferre ordines vestros, & quem sedes Apostolica repellat, repulsum cognoscere, ut prius, si postea, ab illis criminibus mndaretur, & tunc ei vestra dilectio communiaret, ne particeps obligationis existeret.

C. III. ¶ Non est in ecclesia, qui cathedram Petri non sequitur. Item Cyprianus de unitate ecclesiae.

¶ Qui cathedram Petri, super quam fundata est ecclesia, deserit, in ecclesia se esse non confidat.

¶ Apud Cyprianum Roma impressum haec leguntur. Hanc ecclesiam unitatem qui non tenet, tenere se fidem crederit? Qui ecclesiae renititur & resistit, in ecclesia se esse condidit? Verum in Vaticana bibliotheca, praeter alio in rega Cypriani exemplaria, est etiam aliud, in quo rariorem epistola quaedam continetur, & inter ea hic tractatus. Atque in eo codice, itemque in altero integro Monasterii S. Salvatoris Romanae sunt verba ista, quae a Gratiano, & Ivone afferuntur. At sane paulo ante Cyprianus hanc ipsam Petri cathedram esse ostendit, unde vixit ecclesia punitores.

¶ Episcopi vero, qui Apostolicis ordinariis subiacent, etiam hanc reverentiam debent, ut sese singulis annis, Apostolorum liminibus representent.

a Clemens epist. 1. Anacletus epist. 1. Alex. epist. 1. Fabianus epist. 1. Conc. Vatem. c. 6. §. 3. §. 21. lvo p. 1. 4. 5. 22. Anselm. l. 1. c. 6. Polyd. l. 1. c. 26. b. al. habere. al. gratiam reparare. c. Anselm. l. 1. c. 36. d. al. quem.

C. IV. ¶ Singulis annis Apostolorum liminibus visitent Episcopi, qui ordinationibus Apostolicis subiacent. Unde Anacletus, & Zacharias Papa.

Iuxta a sanctorum Patrum, & canonum instituta, omnes Episcopi, qui hujus Apostolicae sedis ordinationibus subiacent, qui propinqui sunt, annue circa 6 Idus Maii sanctorum principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus praesententur, omni occasione seposita. Qui vero de longinquo, juxta chirographum suum impleant. Qui autem hujus constitutionis contemptor extiterit, praeterquam si aegritudine fuerit detentus, sciat se canonicis subiacere sententiis.

¶ Hic est canon quartus synodi Romae habita sub Zacharia Papa, quae extat in bibliotheca Vaticana, ex qua nonnulla sunt in hoc capite emendata.

2 pars. Reliqui vero in ecclesia minores semper debent sanctoribus subesse, sicut in synodo Romana S. Sylvestri, c. 7. legitur.

C. V. ¶ Minores majoribus obedientiam exhibeant.

¶ Subdiacono usque ad lectores omnes subditi sine sententiam et honorem. Porro Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcista lector, lectori ostiarius, ostiario abbas, abbatii monachus in omni loco representent obsequium, sive in publico, sive in gremio ecclesiae.

¶ Caput hoc est apud Gratianum, & in ipsius synodi editionibus videtur valde mendosum: Burchardus & Ivo sic habent. A subdiacono usque ad lectorem, omnes subditi sunt diacono Cardinali urbis Romae, in ecclesia honorem representantes tantum. Pontifici vero Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, abbas, monachus in omni loco representent obsequium, sive in publico, sive in gremio ecclesiae. Verum ab magna codicum varietate, & propter glossas, ac doctorem dista nihil fore in textu mutatum est.

¶ Abbas] De abbate & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.

C. VI. ¶ Quod sit officium Diaconorum. Item ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.


Diaconi ecclesiae tanquam oculi sunt Episcopi, oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiae, & perscrutantes diligentius, si quem videant viciniam fieri praecipitio, & proximum esse peccato, ut referant haec ad Episcopum. & infra. 1. ¶ Sed & de peregrinis similiter Episcopo suggerant, referendis, & cetera his similia, quae ad cultum ecclesiae, & disciplinam ejus pertinent, Diaconis cure sunt.

¶ Et infra] Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgari legebatur, & ita, alia vero nonnulla verba restituta sunt ex originalibus.

C. VII. ¶ De eodem. Item ex eodem, eadem epistola.

Sacerdotes vero B. Petrus sal terrae, & mundi lumen docens praecipit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum, de quibus Dominus ait, f. Beati estis, cum maledixerint vobis homines, & rei.] & iterum, [vos estis sal terrae.]

a Leo epist. 4. c. 7. Poly. lib. 4. titul. 25. Anselm. lib. 6. cap. 164. b. al. libus Maii. c. Burch. lib. 2. c. 229. lvo part. 6. cap. 209. Anselm. l. 7. c. 67. d. Et l. 2. confit. cap. 44. c. Anselm. l. 7. c. 67. f. Mart. 3.



C. VIII. ¶ Hi non sunt habendi clerici, qui Episcopali providentia non gubernantur.

N Villa a ratione clerici aut Sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius Episcopi disciplina & providentia gubernantur.

C. IX. ¶ De eodem. Item ex epist. Clementis. Vi suis Episcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt.

C. X. ¶ Illi in Deum scandalizantur, qui sua non obediunt Episcopo.

I lle b proculdubio scandalizatur in Deum, qui recte non docet, & qui ejus scandalizat Episcopum vel Sacerdotem.

C. XI. ¶ Septem debent esse Diaconi in unaquaque civitate.

D iaconi e (qui quasi oculi videntur esse Episcopi) in unaquaque civitate, juxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant Episcopum praedicantem, ne aut ipse Episcopus a infidiatoribus quoquo modo infestetur, aut laedatur a suis, aut verba divina detrahendo aut infidiando; polluatur, vel despiciantur, sed veritas spiritali redoleat fervore, & pax praedicata labiis animi cum voluntate concordet.

C. XII. ¶ De eodem. Item ex concilio Neocesariensi, c. 14. Diaconi e septem esse debent secundum regulam, quamvis r magna sit civitas. Regulae autem auctoritas ista est, quod & liber actuum Apostolorum idem insinuat.

¶ Quamvis magna ¶ Antea legelatur, quamvis non magna. Emendatum est ex canone graeco, (qui etiam recitatur in sexta synodo Nicena synodo, qui ex Arabico in Latinum conversus nuper editus fuit, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia, quem fuisse canonem significavit Andreas Calosensis septima aetate synodus Florentina.

¶ Ut igitur ex praesenti appareat, Diaconi debent obedientiam Praebyteris, sicut Praebyteri Episcopis. Sed Diaconi superbi- entes, sacerdotibus aequari, vel potius praeferi querebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manaverunt, corrupti- periculum repraesentantes, atque, ut sacerdotibus condignam obedientiam exhiberent, decernerent.

C. XIII. ¶ Nihil eorum, quae sunt decreta pri- mis ordinibus, videntur Diaconi.

D iaconos s propriam consuetudinem servare mensu- ratum, nec ultra tenorem, paternis canonibus depu- tatum quippiam tentare permitimus. Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quae primis ordinibus proprie decreta antiquitas. Absque Episcopo, vel Prae- bytere baptizare non audeant, nisi praedictis fortassis or- dinibus & longius constitutis, necessitas extrema com- pellat. Quod & laicis Christianis facere plerumque con- ceditur. ¶ Sacri corporis prerogationem b sub conspectu Pontificis, seu Praebyteri (nisi his absentibus) jus non habeant exercenti.

Concordat conc. Mogunt. sub Carolo, c. 22. Burc. lib. 2. c. 226. Ivo p. 6. c. 202. b. Ivo p. 6. c. 227. c. Poly. l. 2. tit. 20. Anselm. l. 7. c. 62. d. abest ab orig. e. Ex praesca versione. Ordo Rom. c. 9. Conc. Aquil. c. 62. f. Polyd. 3. tit. 10. Anselm. lib. 7. ca. 63. Bur. l. 2. c. 227. Ivo p. 1. c. 227. & p. 6. c. 62. g. al. officii. orig. c. 10. in medio. h. derogationem.

¶ Gelasius ¶ Sic est in plerisque manuscriptis, & quae Bure, & Ioanem. Nam in impressis erat, Pelagius.

C. XIV. ¶ Inferiores Praebyteri s Diaconi cognoscant.

I tem ex concilio Niceno, c. 14. su. ¶ Ervenit a ad sanctum concilium, quod in locis qui- busdam & civitatibus Praebyteris sacramenta Diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, ut qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed illud innovit, quod quidam Diaconi etiam ante Episcopum sacramenta s sumunt. Hac ergo omnia auferantur, & in sua Diaconi mensura permanent; sicut quod Episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem Praebyteris habentur. Per ordinem ergo post pres- byteros gratiam sacrae communionis accipiant, aut Episcopo, aut Praebytero porrigente. Sed nec federe in medio Praebyterorum Diaconis licet: quia si hoc fiat, praeter regulam & ordinem probatur existere. Si vero autem etiam post has definitiones obedire noluerit, i ministerio cessare debet.

¶ Prior pars hujus capiti usque ad vers. impentur. est ex praesca versione in canone quarto decimo. Reliqua vero pars est ex versione Dionysii, in canone 11. quam quidem totam afferunt codices romanus, & Burcardo, & Ivo.

¶ Sacramenta sumunt ¶ Graec. est; & dicitur quod Dionysius verit, oblata contingant, quamquam Burcardo & Ivo, hoc non fieri loo dixerunt, sed loo quidem, sacra oblata contingant, hoc vero, sacra oblationem contingant.

C. XV. ¶ Diaconus honorem exhibeat Praebytero, & ipse ab inferioribus honoretur.

I tem ex b concilio Laodicensi, cap. 20. ¶ On e oportet Diaconum coram Praebytero habere; sed iustione Praebyteri, fedear: sinitur autem Diaconum honorem habeat a sequentibus, id est, a subdiaconis, & omnibus clericis.

C. XVI. ¶ Calicem benedicere, & panem dare, Diaconis non licet.

I tem ex eodem, c. 21. ¶ Non oportet Diaconos i panem dare, nec calicem benedicere.

¶ Diaconus ¶ In versu fortibus praesca versione editio est. Diaconum. Graec. est. Carag. et. ac, quod Dionysius verit, Subdiaconus. & sic habetur in concilio Aquil. §. 2. c. 17.

C. XVII. ¶ Sicut Episcopi, ita & Praebyteri Diaconi ministrent.

I tem ex concilio Carthaginiensi quarto, c. 27. ¶ Diaconi d ita se Praebyteri, sicut Episcopi ministrent esse cognoscant.

¶ Quarto ¶ Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in concilio quarto Carthaginiensi, & in codicibus Gratiani etiam in manuscriptis, utem, apud Anselmum titulo hujus capiti erat additum, Carthaginiensi quarto, cui papa Zozimus interfuit per vicarios. quod minime convenire oportet alia sexta synodi Carthaginiensis, ad quam Zozimus Episcopus Potentina ecclesiae Episcopus, Philippum, & Anselmum gator misit. Nam quarta habuit est Honorio usque, & Episcopus missi. Theodosio usque, est, ad est, non cess. sexta vero Honorio usque, & Theodosio usque, & sequentibus apparet) contra Pelagium & Celestium, & sin quaedam sunt desinata, cum Celestius ad Zozimum panem appelleret, quod ex nonnullis manuscriptis Zozimus Episcoporum Africae ad ipsorum epistola, qua in Basilien-

In Aquil. cap. 41. Bur. l. 2. c. 26. Ivo p. 2. c. 26. Agath. cap. 61. & Aquil. c. 77. c. Anselm. l. 7. cap. 62. Bur. l. 2. c. 227. Ivo p. 6. cap. 76. Aquil. cap. 71. d. Poly. l. 2. tit. 20. Anselm. l. 7. c. 62.

Varianis serventur, demonstratur. Quare, cum Zozimus in pontificatu suo tantum amos, & mensis aliquot vixerit, necessarium est multo ante ipsius Pontificatum quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.

C. XVIII. § De eodem.

Præsente a Presbytero Diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iustus erogat.

C. XIX. § De eodem.

Diaconus si sedat quolibet loco, jubente presbytero. Item Diaconus in conventu Presbyterorum interrogatus loquatur. Alia vero tempore oblationis tantam, vellectionis utatur.

C. XX. § Diaconi Presbyteri se superiores non cognoscant.

Item ex concilio Toletano 4. cap. 31.

Nonnulli a Diaconis tantam erumpunt superbiam, ut se Presbyteris anteponeant, atque in primo choro ipsi priores stare presumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, ut sublimiores se e presbyteros agnoscant, tam hi, quam illi in utroque i constitant.

¶ In utroque] Licet in vulgatis Gratiani codicibus Regibus, in utroque ordine, & in tomis conciliorum impressis, in utroque choro: tamen in versuto codice conciliorum Regii Catholici, & plerisque versuto Gratiani, etiam impressis, neutra vox habetur.

¶ ps. Compagii f. vord calarii absque Apostolici licentia Diaconis non permittitur, sicut nec mappali uti absque ejusdem auctoritate quilibet clericis concedatur.

C. XXI. § Absque Apostolica licentia Diaconis compagii uti non presumant.

Vnde Gregorius Iamni Episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 21. indist. prima.

Pervenit g ad nos, diaconos ecclesie Catanensis exaltatos compagis procedere presumpsisse: quod quia nulli haecenus per totam Siciliam licuit, nisi solis tantummodo Diaconis ecclesie Messanensis, quibus olim a predecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tante temeritatis ausus non est leviter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si i ita, sicut ad nos pervenit, invenit verum esse, utrum vel a se, vel alicujus hoc auctoritate presumpserint, nobis subtiliter innoteat: ut cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea, quae male usurpantur, omittimus, excessus viam alibi aperimus.

¶ Et sita] Hic & paulo inferius addita sunt aliquae verba ex originali.

C. XXII. § Mappali clericis sine Apostolice licentia uti non debent.

Item Ioanni Ravennati Episcopo, lib. 2. epist. 34. f. 10. cap. 12.

Unde h autem, quod pro utendis a clero vestro mappulis scriptis, a nostris est clericis fortiter obviatum, dicentibus, nulli hoc unquam alii cuilibet ecclesie concessum fuisse; nec Ravennates clericos illic, vel in Romana civitate aliquid cum sua conscientia presumpsisse; nec si tentatum esset, ex furtiva usurpatione sibi presumpsum generari. Sed etiam, si in qualibet ecclesia hoc presumpsum fuerit, asserunt emendandum, quod non concessione Romani Pontificis, sed sola surreptione presumpsumur.

a Polyactidem. Anselm. l. 7. c. 66. Burchard. lib. 4. cap. 13. f. 10. par. 2. b Anselm. libidem. c alandus. d Burib. l. 2. c. 222. f. 10. p. 1. ca. 237. e al. f. f. Ioann. diacon. l. 2. ca. 8. g Anselm. l. 7. c. 74. h Ioann. diacon. l. 4. cap. 2. Anselm. lib. 7. c. 104. i al. presumpsumur.

C. XXIII. § Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine Diacono Episcopus non vivat.

Item Hieronymus a de scriptis ordinibus ecclesie, cap. 5.

Diaconi b sunt, quos in Apocalypsi c legimus, f. ptem Angeli ecclesiarum: hi sunt septem candelabra aurea: hi voces tonitruorum, & infra. ¶ Virtutum operatione preclari, humilitate praediti, & quieti, humiles, evangelizantes pacem, annuntiantes bona, diffensiones & rixas & scandala refecantes, docentes, & soli Deo colloquantes, in e templo nihil de mundo penitus cogitantes, dicentes patri & matri, non novi vos, & filios suos non agnoscentes, & paulo post. ¶ Sine hoc sacerdos nomen i g non habet, ortum non habet, officium non habet. Hic minister Dei dicitur, quia scribitur est. ¶ Quis h major est, qui ministrat, an cui ministrat? ¶ Et sicut in sacerdotio ministratio, i ita in ministerio est sacramenti dispensatio. & paulo post. ¶ Samentia Domini etiam propter presumptionem non licet de Diacono. & paulo post. ¶ Ita enim Deus non ster omnipotens universa disposuit, ut qui majorem se esse crederet, minor sit; & qui videretur minor, major existeret. Denique quam hoc verum sit, ipse perpende. Levite inferunt oblationes in altari: Levite componunt mensam Domini: Levite cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicunt, & assistunt: Levite autem sacerdotes orant, ut si distinctio locorum creditur, etiam in altari Dei videant sibi Episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humilitatem diligunt, majores se esse in eo, quod sunt humiles, cognoscant. Tunc demum, i ut aures habeamus ad Dominum, Diaconus exclamatur ipse predicat, ipse hortatur, ipse comonnet, adstantibus sacerdotibus, ne leviter hanc vocem, quae loquitur hac, & pacem annuntiat, aut negligenter aspicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, m ut non solus sacerdos in templo rotum agere & implere videatur. & infra.

¶ Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano Imperio, crevit avaritia, perit lex de sacerdote, & visio de Propheta. Singuli quique per n potentiam Episcopalis nominis, quam sibi ipsi illicite absque ecclesia vindicant, totum, quod levitarum est, in usus suos redigunt, nec hoc sibi, quod scriptum est, in usus suos redigunt, aufertur universa. Mendicatio est, vindicant, sed cunctis & civili p operi mancipatus publicam a quolibet depositatote officium, dum misericordia desolatus, iuste putatur ad hancignominiam devenisse. & infra. ¶ Solus incubat bonis, r solus ministerio utitur, solus occidit universos. & paulo post. ¶ Hinc propter sacerdotum avaritiam odia consurgunt, hinc Episcopi accusantur a clericis, hinc principum f lites, hinc detractionis x causa, hinc origo criminis. Etenim si uniusquisque ita in hoc u mundo visibili aliquid possidere jubetur, ut sua tantum possessione contentus sit, ac res non invadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non subiectorum x aliquod, non famulos, non fructus, quanto magis, qui ecclesie Dei praestit, debet ita in omnibus servare iustitiam, ut sibi hoc tantum vindicet,

a Inter opera B. Hieron. 10. 4. vel. 9. b Poly. lib. 2. tit. 39. Anselm. l. 7. c. 72. c Apoc. 1. d abest ab orig. e Dent. 33. f al. novimus. g al. novimus habet. h Marc. 10. i consociatio] vera lectio. k al. benediscuntur. l deinde] orig. m Eccl. 7. n pro potentia] orig. o al. ad scriptum. p al. servit. q al. elemosinam. r divitibus] orig. s al. principum litem. t desolationem causa] orig. u hanc mundum visibiliter possidet] orig. x al. subiectorum] al. subiectorum.

millitatis ac patientia haberemus exemplum. Docuit enim facientes veros legitimos & plene honorari, dum circa filios sacerdotis ipse talis extitit. a. Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos & presbiteros Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt, Episcopos sui, & ecclesiae ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos facit, possumus: & contra nos audere Diaconi, a quibus fiunt.

7 ps. Hoc autem quod de Diaconorum minoritate dicitur, ubi quae firmandum est, nisi cum locum Diaconus habuerit aut proprii Patriarchae, aut sui Metropolitanus.

C. XXVI. ¶ Diaconus sacerdotibus non praesertur, nisi locum Metropolitanus obtineat.

Unde in forma synodorum legitur. Praecipimus & ne Diaconus (quamvis etiam in dignitate, hoc est, in officio quolibet ecclesiastico sit) ante Presbyterum sedeat: nisi cum locum habuerit proprii Patriarchae, aut Metropolitanus sui pro aliquo capitulo. Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur. Si quis vero praesumpserit hoc tyrannice facere, a proprio gradu repellissimum omnium fiat in ordine suo.

DISTINCTIO XCIV.

¶ Vbi notandum etiam quod summus Patriarcha, vices suas committere solet. C. I. ¶ Etiam subdiaconus vices suas Apostolica committit ecclesiae.

Unde i Gregorius ad Episcopos Siciliae libro primo, epistola prima ait.

¶ Valde d' necessarium esse perspeximus, ut sicut praedecessorum nostrorum fuit iudicium, ita uni, eidemque personae omnia committamus, ut ubi nos praesentes esse non possumus, nostris per eum, cui praecipimus, repraesententur auctoritas. Quamobrem Petro Subdiacono sedis nostrae, intra provinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, committimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui Deo auxiliante totum nostrae ecclesiae notitur patrocinium & commississe.

¶ Gregorius,] Restituta est in scriptis ex Polycarpo. Nam antea legelatur, Symmachus Papa.

2 ps. Legationem vero Apostolica sedis quascunque impeditis, usque ad satisfactionem excommunicatur.

C. II. ¶ Excommunicatur qui legationem sedis Apostolicae impedit tenentem. Unde Alexander Papa I. f. epist. 2. omnibus Episcopis.

¶ Si quis autem legationem i impedit, non unius sed multorum profectum avertit. h. Et sicut multis nocet, ita multis arguendus est. & bonorum societate privandus: i. Et quia Dei causam impedit, & statum conturbat ecclesiae; ideo ab eius liminibus arceatur. Ab omnibus itaque & talis est cavendus, & non in communionem fidelium, usque ad satisfactionem, recipiendus. ¶ Legationem] In epistola ista, concilio Tridentino, & apud Barcardum additur, vestram. Ea enim legatio videtur frangenda, qua Apostolus, & Episcopos pro Christo fungit docuit beatus Paulus 2. Corin. 5. 2.

3 ps. Archidiaconus vero, quatenus ex officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere & qua corrigenda videntur, Episcopo munare, nomen dominationem super eos exercere & consensu ab eis exigere prohibetur.

a. Alex. i. b. al. Presbytero. c. Ivo p. 6. c. 122. d. Pontifici. e. g. Baruch. l. 1. c. 37. h. Alevertii. i. Alarcedus. k. al. quogue.

C. III. ¶ Archidiaconi super Presbyteros jurisdictionem non exercent. Unde in Cabilonensi concilio, c. 11. legitur.

¶ Datum a est, quod in plerisque locis Archidiaconi super Presbyteros Parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis censuram exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quam ad reformationem pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apostoli b. sententiam, Episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo; multo minus facere isti hoc debent, sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab Episcopis eis injungitur, hoc per Parochias suas exercere debeant, nil per cupiditatem & avaritiam praesumentes.

DISTINCTIO XCV.

¶ Vbi autem sacerdotes supra iubentur Episcopis tanquam subditi obedire, non ita intelligentiam est, quasi non liceat eis, praesentibus Episcopis sacra mysteria celebrare (sicut Episcopali supercilio quidam ab his volebant Presbyteros prohibere:) sed quia Presbyteri Pontificibus tanquam filii parentibus debent obedire. Baptizatos etiam Chrismate eis tangere conceditur.

C. I. ¶ Vbi Episcopi desunt, baptizatos in frontibus Presbyteri Chrismate tangant. Unde Gregorius scribit Iuliano Episcopo Carthaginiensi, lib. 2. epist. 16. indist. 12.

¶ Pervenit et quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros Chrismate tangere in fronte eos, qui baptizati d sunt, prohibuimus. Et nos quidem secundum usum veterem ecclesiae nostrae fecimus. Sed si omnino hac de re aliqui contristantur, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos & Chrismate tangere debeant, concedimus. Supra Leo Episcopus contra [Quarvax Choroepiscopus, &c.]

C. II. ¶ Ultra suum modum Presbyteri tendere non praesumant. Item Gelasius Papa Episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 2.

¶ Presbyteros ultra suum modum tendere prohibemus, nec Episcopali fastigio debita sibi met audacter assument, non conficiendi Chrismatibus, non configurationis pontificalis adhibenda sibi met arripere facultatem.

Sed istud Gregorius pro scandalis sedando semel concessam legitur. Illud autem Leonis Papa & Gelasii, usum approbante, praevalet, nisi forte ubi aliquorum consuetudo hoc admittit, ut in absentia Episcopi, extrema necessitate cogente, ex consensu Gregorii, Presbyteri baptizatos in fronte tangant. ¶ Prohibitis vero Leonis & Gelasii in eo casu intelligatur, cum Episcopi praesentes sunt, vel cum non cogit ultima necessitas. Oleo vero sanctificato permittitur eis ungere infirmos. Unde Iacobus f. ait [infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros ecclesiae, qui orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & eratis fidei salvabitur infirmus.]


2 pars. ¶ Sed queritur, an Episcopi liceat eodem oleo ungere infirmos: vel si impotentibus huiusmodi unctio sit concedenda.

C. III. ¶ Oleo sanctificato non prohibetur Episcopus infirmos tangere.

De his vero inscribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum Episcopum, epist. 1. c. 111.

¶ Illud g superfluum videmus adiectum, ut de Episcopo lambigatur, quod Presbyteris licere non dubium est.

a. Ivo p. 3. c. 124. b. Petri. c. De consec. dist. 4. presbyteri baptizatos. d. baptizandi. orig. Poly. lib. 3. tit. 10. Mag. 4. sentent. dist. 7. cap. 1. e. baptizando. orig. f. Iac. 5. g. Alcuinus de divinis officiis, pag. 94. Conc. Wormacien. c. 72. Ivo par. 2. c. 71.



Nam idcirco de Presbyteris dictum est quia Episcopi occupationibus aliis impediti ad omnes languidos ire non possunt. Ceterum si Episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem a se visitandum, & benedicere, & tangere christiane, sine cunctatione potest, cuius est ipsum christi consecrare. Nam non i poenitentibus istud infandi non potest, quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi? His ergo frater charissime omnibus, quae tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curavimus.

¶ Non poenitentibus] In epistola Innocentii tam impressa, quam manuscripta (licet aliter referatur auctor glossa) in concilio Vormacensi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum & Ivonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa (ut est in antiquis exemplaribus) utraque lectio exponitur.

¶ pars. Christina vero a suis Episcopis ad baptismi sanctificationem Presbyteri petunt.

C. IV. ¶ Christina singulis annis a proprio petuntur Episcopi.

Unde in concilio Cartaginensi 4. c. 26. Presbyteri a qui per dioeceses ecclesias regunt, non a quibuslibet Episcopis, sed a suis, nec per juniorem clericum, sed omni anno i aut per seipsum, aut per illum, qui sacramentum tenet, ante Pascha solemniter christina petunt.

¶ Hinc capiti rubrica est praeposita ex aliquot vetustis exemplaribus.

¶ Omni anno] Verba haec non sunt in editionibus conciliorum Colonienfium duobus, & quatuor tomis impressorum, neque infra de consecr. dist. 4. ubi hoc idem, sed ex concilio apud Valentiam, refertur. Verum & in Colonienfibus, ac trium romanorum, & duobus Parisienfibus, duobusq; codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litera de consecr. dist. 3. a Feliciano Papa singulis annis novum christina fieri praecipitur.

C. V. ¶ Presbyter idem est qui Episcopus, ac sola consuetudine praesunt Episcopi Presbyteri.

Item Hieronymus ad caput primum epistolae ad Titum, ad ea verba [& constituitur.]

¶ Lim b idem e erat Presbyter, qui & Episcopus. Et antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis [Ego a sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cepha.] communi Presbyterorum consilio ecclesiae gubernabantur. Postquam vero unumquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiae cura pertineret, & schismaticum femina tollerentur. & paulo post. ¶ Sicut ergo Presbyteri sciunt se ex ecclesiae consuetudine ei, qui sibi praepositus fuerit, esse subiectos, ita Episcopi noverint se magis consuetudine, quam dispensationis f Dominica veritate Presbyteris esse majores, & in commune debere ecclesiam regere.

C. VI. ¶ Coram Episcopo, Presbyteris docere licet. g Idem ad h Rufinum Narbonensem Episcopum de septem gradibus ecclesiae.

